JKM LIBRARY
PJ2037.U31
Uhlemann, Max.
Linguae copticae grammatica in usum scho
3 9968 02662 5361

VIRGINIA LIBRARY

McCORMICK
THEOLOGICAL SEMINARY
CHICAGO
826 Belden Avenue

LINGUAE COPTICAE

GRAMMATICA

IN USUM

SCHOLARUM ACADEMICARUM SCRIPTA

CUM

CHRESTOMATHIA ET GLOSSARIO.

INSERTAE SUNT OBSERVATIONES QUAEDAM DE VETERUM AEGYPTIORUM GRAMMATICA.

AUCTORE

MAX. AD. UHLEMANN

PHIL. DOCT. A. A. L. L. M. SOCIET. LINGG. ORIENTT. GERM. SODALI.

McCORMICK THEOLOGICAL SEMINARY
McGAW MEMORIAL LIBRARY
800 WEST BELDEN AVENUE
CHICAGO, ILLINOIS 60614

LIPSIAE

T. O. WEIGEL.

MDCCCLIII.

TYPIS GUIL. VOGELII, FILII.

McCORMICK THEOLOGICAL SEMINARY LIBRARY, CHICAGO

McCORMICK THEOLOGICAL
SEMINARY LIBRARY
CHICAGO

PJ
2037
U31

PRAECEPTORI ET AMICO

DILECTISSIMO

GUSTAVO SEYFFARTHO

LIPSIENSI

DE LITTERIS AEGYPTIACIS

PRAE CETERIS

OPTIME MERITO.

23845

Zenos Library

Digitized by the Internet Archive
in 2026

https://archive.org/details/linguaecopticaeg0000unse

Praefatio.

Cum abhinc annis tribus veterum Aegyptiorum scripturae hieroglyphicae operam darem quam maximam, hoc mihi in mentem venit propositum, ut ediscendae linguae Copticae, qua penitius perspecta et litteras illas Aegyptiorum veterum sacras facillime intelligi posse atque explicari procerto habebam, institutionibus quibusdam quamvis brevissimis subvenirem. Quaecunque enim usque hodie lucem viderunt linguae Copticae grammatices, etsi haud raro summa sagacitate atque diligentia compositae, eodem tamen semper laborant incommodo, quippe quod singulis linguae regulis nimis diductis, pluribusque quam opus est, exemplis additis ita late pateant, ut vix plurium annorum studia diligentissima huic linguae discendae sufficerent. Unum tantum nomine afferam opus novissimum Schwartzianum post auctoris mortem a doctissimo Steinthal editum, quod tirones magis perturbare et deterrere quam instituere atque erudire poterit. Eos tantum ex hoc opere usum atque fructum percepturos esse mihi persuasum est, qui per plures jam annos linguae Copticae diligentissime operam dederunt. Nec Schwartzium ipsum hunc librum, qualem nunc habemus, edere voluisse existimem; copiosissimam potius variorum exemplorum collectionem sagacissime compositam quam aptas et huic linguae ediscendae accommodatas institutiones praebet. Hanc ob causam tironibus brevem trado grammaticam omnia, ut opinor, continentem, quae iis opus sunt, qui libros Copticos legere vel inscriptiones hieroglyphicas ex hac lingua, antiquissimae dialecti progenie, interpretari student. Pariter enim trium illarum dialectorum, Memphiticae, Saidicae et Basmuricae, atque antiquissimae sacrae in hoc meo libro ratio est habita; adjuncta est eidem praeterea chrestomathia ex libris diversis collecta, quae lectorem qualemcunque hanc linguam scribendi rationem adhuc usque adhibitam doceat atque perspicuam reddere possit. Multi enim librorum Copticorum editores

extrema petiverunt; dum alii nimis laborant in jungendis singularum vocum partibus, alii easdem praeter consuetudinem dissolvunt et separatim scribunt. Neutram rationem omnino secutus sum, sed ita scripsi, quemadmodum in illis, unde hausi, libris deprehendi; errores tantummodo devitare et depravatas lectiones emendare atque corrigere haud dubitavi. Pertinet huc inter alia, ut mihi saltem persuasum est, Schwartzii aliorumque mos articulum litteris ⲡ, ⲫ, ⲧ aut ⲑ scriptum a nomine suo sejungendi; permulta enim exstant exempla, unde perspicitur, articulum a Coptitis non solum non a nomine fuisse separatum, quin saepissime assimilatione cum eo coaluisse. Sufficiat attulisse ⲑⲟⲣⲁⲥⲓⲥ pro ⲧ-ϩⲟⲣⲁⲥⲓⲥ, ϯⲟⲩⲁⲁⲓⲁ pro ϯ-ⲓⲟⲩⲁⲁⲓⲁ, ⲫⲱϩ pro ⲡ-ϩⲱϩ etc. Quam ob rem nemo me vituperabit, qui nunquam ⲡ ⲟⲩⲣⲟ, ⲡ ⲛⲁϩⲓ, ⲡ ⲟ̅ⲥ̅, sed semper ⲡⲟⲩⲣⲟ, ⲡⲛⲁϩⲓ, ⲡⲟ̅ⲥ̅ scripserim, quae scribendi ratio eo quoque confirmatur, quod MSS. Coptica elegantiora hanc articuli litteram saepius accentu notarunt, quo semper duae orationis partes in unam vocem connexae significantur. Eodem modo participii nota ⲉⲧ multaeque praepositiones cum nomine sequente sunt jungendae, quia accentu notatae leguntur cf. §. 5, 3. Hoc autem, quod modo dixi, scripturae genere excepto, semper eum retinui scribendi modum, quem Wilkins, Schwartze, Tucki aliive servarunt, ita ut tirones libro hoc meo perlecto omnes aliorum auctorum varias scripturas legere atque intelligere possint. In prima tantum Chrestomathiae parte ab hac lege discessi et singulas vocum partes lineolis distinxi, quo melius paullatim tirones adsuescerent cognitionem linguae eam sibi acquirere, quae omnes removeret difficultates, si ad difficiliorem intellectu scribendi modum progrederentur. Hinc laetam foveo spem, fore ut aliquid saltem contulerim ad hanc linguam ediscendam, quae quantum praebeat fructum, non est, quod pluribus exponam. Equidem nihil antiquius habui, quam ut, quantum in me fuit, discentium succurrerem studiis et quae ad hunc diem obstarent impedimenta non tanta esse ostenderem, quae superari non possent. Ceterum opto, ut benigne excipiantur, quae verecunde offeruntur.

Scripsi Berolini mense Julio anni MDCCCLIII.

Prospectus.

Caput I. De scribendi et legendi elementis . . . pag. 1
§. 1. De litteris . . . . . - 1
§. 2. De litteris hieraticis in Alphabetum Copticum receptis - 3
§. 3. De veterum Aegyptiorum litteris . . - 3
§. 4. De lineola critica . . . . . - 4
§. 5. De accentibus . . . . . - 5
Caput II. De dialectis earumque radicibus . . . - 6
§. 6. De dialectis . . . . . - 6
§. 7. De radicibus primariis . . . . - 7
§. 8. De radicibus derivatis . . . . - 8
§. 9. De vocibus, quae ex duabus radicibus sunt compositae - 8
§. 10. De vocibus compositis ex radice primaria et particula . . . . . - 9
Caput III. De nomine . . . . . - 10
§. 11. 12. De forma et genere nominum . . - 10
§. 13. De articulo nominum . . . . - 11
§. 14. De articulis possessivis . . . . - 12
§. 15. De numero nominum . . . . - 13
§. 16. De nominis declinatione . . . . - 15
§. 17. De nominibus adjectivis . . . - 16
§. 18. De eorum flexione . . . . . - 17
§. 19. De comparativo et superlativo . . - 18
§. 20. De nominibus numeralibus . . . - 19
§. 21. Numeri ordinales et alii . . . . - 20
Caput IV. De pronomine . . . . . - 21
§. 22. De pronominibus personalibus . . . - 21
§. 23. De pronominibus suffixis . . . . - 22
§. 24. Pronominum formae compositae . . - 23
§. 25. De pronominibus possessivis . . . - 24
§. 26. De pronomine demonstrativo . . - 25
§. 27. De pronomine relativo et interrogativo . - 25

Caput V. De verbo . . . . . pag. 26
§. 28. De personarum distinctione . . . - 26
§. 29. De tempore praesente . . . - 27
§. 30. De perfecto indefinito . . . - 28
§. 31. De tempore imperfecto . . . . - 28
§. 32. De tempore futuro . . . . - 28
§. 33. De plusquamperfecto aliisque . . . - 29
§. 34. De modis conjunctivo et optativo . . - 30
§. 35. De imperativo, infinitivo et participio . - 30
§. 36. De temporibus compositis cum particulis . - 31
§. 37. De verbo negante . . . . . - 32
§. 38. De forma passiva verbi . . . . - 33
§. 39. Suffixa verborum . . . . . - 33
§. 40. De verborum flexione dialecti sacrae . - 34
Tabula verbi Coptici . . . . . - 35
Caput VI. De particulis . . . . . - 36
§. 41. De praepositionibus . . . . - 36
§. 42. De adverbiis. . . . . - 37
§. 43. De conjunctione ⲁⲥⲉ . . . . - 37
§. 44. Specimen interpretationis . . . - 37
Litteratura Coptica . . . . . - 44
Chrestomathia . . . . . - 49
Lexicon Copticum . . . . . - 113

Caput I.

De scribendi et legendi elementis.

§. 1.

De litteris.

Coptitae a sinistra dextrorsum scribentes et legentes universis utuntur litterarum Graecarum viginti quinque signis eodem ordine sese excipientibus, quibus addiderunt sex ex imaginibus hieroglyphicis vel hieraticis translatas, quae omnes neque praecedentibus neque sequentibus adnexae sunt sed separatim scriptae, quarum figuras, nomina, enunciandi et numerandi potestâtem haec tabula exhibet:

Figurae.		Nomina.	Potestas.	Numeri.
ⲁ	ⲁ	Ⲁⲗⲫⲁ	α, a	1
ⲃ	ⲃ	Ⲃⲓⲁⲁ	β, b	2
ⲅ	ⲅ	Ⲅⲁⲙⲙⲁ	γ, g	3
ⲇ	ⲇ	Ⲇⲁⲗⲇⲁ	δ, d	4
ⲉ	ⲉ	Ⲉⲓ	ε, ĕ	5
ⲍ	ⲍ	Ⲍⲓⲧⲁ	ζ, z	7
ⲏ	ⲏ	Ⲏⲧⲁ	η, ē	8
ⲑ	ⲑ	Ⲑⲓⲧⲁ	ϑ, th	9
ⲓ	ⲓ	Ⲓⲁϫⲧⲁ	ι, i	10
ⲕ	ⲕ	Ⲕⲁⲡⲡⲁ	$\varkappa$, k	20
ⲗ	ⲗ	Ⲗⲁϫⲗⲁ	λ, l	30
ⲙ	ⲙ	Ⲙⲓ	μ, m	40

Figurae.		Nomina.	Potestas.	Numeri.
Ⲛ	ⲛ	Ⲛⲓ	*ν*, n	50
Ⲝ	ⲝ	Ⲝⲓ	*ξ*, x	60
Ⲟ	ⲟ	Ⲟ	*ο*, o	70
Ⲡ	ⲡ	Ⲡⲓ	*π*, p	80
Ⲣ	ⲣ	Ⲣⲟ	*ρ*, r	100
Ⲥ	ⲥ	Ⲥⲓⲙⲁ	*σ*, s	200
Ⲧ	ⲧ	Ⲧⲁⲩ	*τ*, t	300
Ⲩ	ⲩ	Ⲩⲉ	*υ*, ü (*u* et *w* ante vocales)	400
Ⲫ	ⲫ	Ⲫⲓ	*φ*, ph	500
Ⲭ	ⲭ	Ⲭⲓ	*χ*, ch	600
Ⲯ	ⲯ	Ⲯⲓ	*ψ*, ps	700
Ⲱ	ⲱ	Ⲱ	*ω*, ō	800
Ⲫ	ⲫ	Ⲫⲉⲓ	sch	
Ⲭ	ⲭ	Ⲭⲉⲓ	f, ph	90
Ⳉ	ⳉ	Ⳉⲉⲓ	kh, *arab.* خ	
Ⳋ	ⳋ	Ⳋⲟⲣⲓ	h	
Ⳍ	ⳍ	Ⳍⲁⲛⲍⲓⲁ	dsch, *arab.* ج	
Ⳏ	ⳏ	Ⳏⲓⲙⲁ	k, gh, sch	
Ⳑ	ⳑ	Ⳑⲓ	ti	

Adnotatio. De vocalibus efferendis hoc monendum est: Enunciant Coptitae nostrae aetatis ⲁ saepius ut *e*; ⲉ haud raro ut *a*, quod probatur his, quae in Sahid. cod. Huntington. n. 3. I Epist. ad Timoth. not. ad 5, 21 in Woide App. leguntur, verbis: „Saepe hic codex ⲁ et ⲉ permutat juxta pronuntiationem hodiernam Cophtorum.“ Diphthongus ⲁⲓ Sahidice *ä*, Memphitice *aï* sonat; litterae ⲩ et ⲟⲩ ante vocales et initio syllabae positae ut *w*, ⲓ et ⲉⲓ eadem lege ut *j* efferri solent; ⲩ contra in fine vocis *u*; ⲟⲓ plerumque *oï* et in verbis Graecis *ö* sonat. Cf. Seyffarth, De pronunciatione litt. Graec. Lips. 1824. (De sonis litterarum hieraticarum in alphabetum Copticum receptarum vide §. 2.)

§. 2.

De litteris hieraticis in Alphabetum Copticum receptis.

Praeter litteras Graecas, quas in usum suum converterunt, Coptitae sex tantum, quarum sonos in iis desiderarent, ex signis hieraticis Aegyptiacis retinuerunt. Quae quidem hae sunt:

1. ϣ (*Schei*) littera *s* fortius ad sibilum elata, hieroglyphice (ϣⲓⲛⲓ, ϣⲱⲙ *hortus*), hieratice .

2. ϥ (*Phei*) cum Graecorum *φ* cognata, hieroglyphice , hieratice .

3. ϧ (*Chei*) respondet litteris *κ* et *χ* Graecorum; cf. *Καλασίριες* (Herod. II, 162) ϧⲉⲗⲱϣⲓⲣⲓ; hieroglyphice , hieratice .

4. ϩ (*Hori*) Graecorum spiritus asper; cf. ϩⲣⲱⲙⲓ, *Ῥώμη*; hieroglyphice (ϩⲉⲣⲓ *domus*), hieratice .

5. ϭ (*Ghima*) *gh*, quam litteram Graeci in nominibus propriis per *κ* et *χ* efferre solent, hieroglyphice , hieratice (ϧⲁⲡⲓ *corbis*). Haec littera antiquitus Graecorum *κ* exprimebat, a Coptis autem nostri aevi per *j* et *sch* (ш) efferri solet.

6. ϫ (*Giangia*) *dsch*, Arabum , cf. جَمَل, ϫⲁⲙⲟⲩⲗ *camelus*; hieroglyphice (ϫⲱⲙⲉ *liber*), hieratice . Haec quidem littera in aliis linguis aliter elata, antiquissimis temporibus litterae *g* (ג) respondebat, a Graecis modo litteris *γδ* (*ψάγδης* = ⲡⲥⲟϧⲉⲛ) modo littera *σ* (*σεμενούθι* = ϫⲉⲙⲙⲟⲩϯ) reddita invenitur. Copti recentiores eam modo ut *j* modo ut *dsch*, modo ut *sch* (ш) pronuntiant.

§. 3.

De veterum Aegyptiorum litteris.

1. Scriptura contra sacra hieroglyphica tres tantum vocales distinguit, quae Copticis respondent ita:

A (ⲁ, ⲉ), quae plerumque arboris folio, brachio vel aquila depingitur.

I (ⲉ, ⲓ, ⲏ) duabus arboribus (ⲓϣ, ⲯⲁ), semita vel oculo scripta invenitur.

U (ⲟ, ⲱ, ⲩ, ⲟⲩ) avis, glomi lanae, cinguli aliisque imaginibus exprimi solet.

2. Litterarum deinde consonantium, quas dialectus sacra amplectitur, sonos octo tantum principales distinguendos esse censeas singulis litterarum affinium generibus respondentes. Congruunt cum Copticis ita:

Dialectus sacra.	*Lingua Coptica.*
P	ⲫ, ⲡ
K	ⲕ, ⲅ, ⲭ, ⲍ, ⲝ
T	ⲧ, ⲇ, ⲑ
R	ⲣ, ⲗ
M	ⲙ
N	ⲛ
S	ⲥ, ⲋ, ⲯ
H	ⲏ

Adnotatio. Litterae Copticae Φ, Ψ, Ξ in lingua inscriptionum e litteris PH, PS, KS componi solebant.

3. Plutarcho teste, quem Seyffarthus sequitur (Alphab. genuina pag. 1), alphabetum Aegyptiorum vetus continuit XXV litteras; VII vocales et XVIII consonantes. Litterarum sonos XXV linguam antiquissimam diversis dialectis suis distinxisse, negari haud poterit: at scriptura haud distinctae fuerunt, quod tabula quae praecedit probatur. Significabant enim veteres Aegyptii imaginibus hieroglyphicis eam semper litteram, qua nomina earum ordiebantur vel syllabas i. e. consonantes, quas nomina continebant. Ita factum est, ut coeli imago litteras *p*, *ph* et *b* exprimeret, cum coelum ab his *pe*, ab illis *phe*, ab aliis *be* vocaretur. Cf. Zeitschrift d. deutsch. morg. Ges. VI, 262 — 264.

§. 4.

De lineola critica.

Superscripta legitur lineola critica:

1. Numeris, qui ipsis litteris in vicem eorum positis scripti sunt, ex gr. ⲓⲁ̄ = XIV Matth. I, 17.
2. Compendiis scribendi, ⲑ̄ⲥ̄ = θεός, ⲓ̄ⲏ̄ⲥ̄ = ιησους, ⲭ̄ⲥ̄ = χριστος, ⲡ̄ⲛ̄ⲁ̄ = πνευμα, ⲓ̄ⲥ̄ⲗ̄ = ισραηλ etc.
3. Litteris consonantibus, quae cum praecedente vocali *e* pronunciari debent. Est autem duplex, quae tum adhiberi solet, hujus

lineae figura; vel recta vel transversa, cf. ⲛ̄ et ⲛ̀ = *en*, ⲁⲙⲡⲉ = *empe*, ⲥⲟⲩⲧⲛ̀ = *suten*, ⲙⲛ̄ⲧ = *ment* etc.

§. 5.

De accentibus.

Accentus sunt alii aliarum dialectorum, quin diversi scriptores parum sibi constant, quorum hi omnino eos neglexerunt, illi hos, alii alios adhibere sunt soliti. Inde colligi licet, eos nunquam fuisse necessarios, sed a cujuslibet arbitrio pependisse. Haec fere de iis pro certo accipi poterunt:

1. Legitur saepissime in codicibus Memphiticis litteris vocalibus et consonantibus superscriptum simplex punctum, accentum significans, quod negligentius atque celerius scriptum lineolae obliquae formam dedit; ita invicem variant sine ullo discrimine ⲁ̀ⲗⲟⲩ et ⲁⲗⲟⲩ *puer*, ⲛ̀ et ⲛ̀ etc. Sahidica autem dialectus utriusque loco lineam rectam adhibet, ita S. ⲛ̄ pro ⲛ̀ Memphitico.

2. Superscribitur hic accentus imprimis vocalibus, quae nulla adhaerente consonante per se integram syllabam conficiunt, ideoque hac nota insigniuntur, ut a ceteris vocis litteris syllabisque dignosci possint. Inde scriptae leguntur voces ⲁ̀ⲗⲟⲩ *puer*, ⲉⲓⲓ *scire*, ⲁ̄ⲛⲟⲕ *ego*, ⲁⲣⲭⲓⲉ̈ⲣⲉⲩⲥ etc. Plerumque ita signantur voces e lingua Graeca translatae, exempli gratia ⲁ̀ⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ, ⲁ̀ⲅⲁⲡⲏ et aliae.

3. Signantur eodem accentu litterae consonantes, si primitivae radici litterae praepositae sunt et cum ea quasi in unam vocem coaluerunt. Ita haec nota adscribitur imprimis litteris articuli ⲡ, ϥ etc. ex gr. ⲡ̀ⲛⲟⲩⲧ *deus*, ϥ̀ⲣⲏⲧ *modus*, vel praefixis verbi cf. ϫ̀ⲭⲟⲣ *est fortis;* ut lector moneatur, vocem accentu notatam ex duabus partibus esse compositam. Neque minus litterae vocales talium syllabarum praefixarum eandem ob causam accentibus ornantur, ita ⲉ̀ⲑⲟⲩⲁ̀ⲃ pro ⲉⲑ-ⲟⲩⲁ̀ⲃ *qui sanctus (est)* et ⲁ̀ⲑⲟⲩⲉⲁ pro ⲁⲑ-ⲟⲩⲉⲁ *non edens*. Cf. de accentuum variis formis et ambiguo usu, Schwartze, Kopt. Gramm. p. 40—66.

Caput II.

De dialectis earumque radicibus.

§. 6.

De dialectis.

1. Lingua Coptica, quae a veterum Aegyptiorum lingua nata est, inde a secundi p. Chr. saeculi initio usque ad septimum in Aegypto a Christianis ad loquendum, scribendum et imprimis ad Scripturam Sacram vertendam adhibita usuque accepta fuit. Nomina *Coptus*, *Copti* et *Coptitae* non minus quam ipsa Graecorum *Αἴγυπτος* procul dubio originem ducunt ab hujus terrae nomine antiquissimo jam in monumentis hieroglyphicis saepissime obvio кαρι-Πταϩ (*terra dei Ptah*), cui conferantur Arabum كبط (*kebt*), Aethiopum ጌብጽ (*Gebtz*). Cum omnibus fere Africae linguis in universum cognata prae caeteris conspirat cum lingua Ebraica vel Chaldaica, cujus et singulae voces et flexiones cum Aegyptiacis congruunt. Pauca sufficiant exempla. Cf. ελαμ, אֵלָם *θάλαμος*; ϫαμογλ, גָּמָל *camelus*; ϫροβι, חֶרֶב *culter*; ιαρο, יְאוֹר *Nilus*; ιομ, יָם *mare*; λοκ, לֹג *mensura*; ανοκ, אֲנֹכִי *ego* etc.; cf. auctoris „de lingua et litteris V. A.“ p. 35—39.

2. Tres distinguuntur linguae Copticae dialecti, Thebana (Sahidica), Memphitica et Basmurica (παϣ-*Μάρεια*, *Μαρεῶτις*), quarum Sahidica, veteri dialecto sacrae simillima, duriores, Basmurica molliores litteras amat. Inde differunt inter se vocalibus productis, correptis vel abjectis, neque minus consonantibus affinibus invicem permutatis; ita ϧ et π; ϭ, κ et ϫ; ϯ et π; ρ et λ; ϣ et ϲ etc.

Exempla: M. ερ T. ϣ̀ B. ελ *faciens.*
- нрπ - нрπ - нλπ *vinum.*

3. Quibus de generali dialectorum differentia praemissis, paucis adumbrandum est, quae singulis dialectis imprimis fuerint propria et notatu dignissima.

a. Dialectus Memphitica litteras aspiratas adhibet pro tenuibus mediisve linguae Thebanae propriis, ita ⲫ, ⲭ, ⲑ pro ϧ, π; ϭ, κ; ⲃ, ⲧ; et ⳉ duplicatam simplici aspirationi ϩ praefert. Exempla sunt:

T.	M.
ⲡⲉ	ⲫⲉ *articulus.*
ⲁⲡⲉ	ⲁⲫⲉ *caput.*
ⲉⲣⲡⲉ	ⲉⲣⲫⲉ *templum.*
ⲡⲉⲱ	ⲫⲉⲱ *dividere.*
ⲍⲣⲉ	ⲋⲣⲉ *cibus.*
ⲕⲗⲟⲙ	ⲭⲗⲟⲙ *corona.*

b. Dialectus Basmurica scribit ⲗ pro ⲣ littera Memphitica et Thebana. Cf. T. M. ⲏⲣⲡ B. ⲏⲗⲡ *vinum.*

c. Dialectus Memphitica in fine verborum vocalem ⲓ amans, verbis Sahidicis, quae consonis terminantur, hanc vocalem addit, vel si in vocalem ⲉ exeunt, ⲉ in ⲓ mutat. Conferas exempla:

T.	M.
ⲟⲃⲉ	ⲟⲃⲓ *sitire.*
ⲁⲙⲉⲛⲧⲉ	ⲁⲙⲉⲛϯ *infernus.*
ⲱⲛⲉ	ⲱⲛⲓ *lapis.*
ⲉⲣⲱⲧⲉ	ⲉⲣⲱϯ *lac.*
ⲟⲩⲁ	ⲟⲩⲁⲓ *unus.*

d. Dialectus Memphitica pro ⲉⲓ diphthongo Thebana habet ⲁⲓ. Exempla sunt T. ⲫⲉⲓ M. ⲫⲁⲓ *ferre*; ⲁⲉⲓⲕ, ⲁⲓⲕ *dedicatio* etc.

Plura de dialectorum varietatibus afferri possent, sed longum est referre, quae in Lexicis largissime praebentur.

§. 7.

De radicibus primariis.

1. Radices primariae linguae Aegyptiacae proprie monosyllabae videntur esse, paucis exceptis, quae litteris vocalibus vel praemissis vel adjectis bisyllabae sunt, ex. gr. ⲁⲡⲉ *caput*, ⲟⲩⲓ *stare*, ⲕⲱⲧⲉ *convertere* etc. Monosyllabarum exempla sunt: ⲥⲱ *bibere*, ⲑⲱⲙ *claudere*, ⲙⲁϣ *ferire*, ⲙⲉⲣ *capere*, ⲙⲉϩ *implere*, ⲃⲁⲕ *ire*, ⲡⲏⲧ *currere*, ⲡⲉ *coelum*, ⲣⲱ *os*, ⲡⲛⲃ *dominus*, ⲕⲁϩ *terra.*

2. Retinetur in libris Copticis, imprimis in Novi Testamenti versionibus magna vocabulorum Graecorum copia, cum lingua Aegyptiaca vetus simplicior atque verborum imprimis abstractorum inops multa non satis accurate reddere potuisset. Haec verba Graeca in textibus Copticis omnino non mutantur, sed articulo Coptico aliisve praepositionibus flectuntur. Sic in evangelii Matthaei capite secundo haec

verba Graeca litteris Copticis scripta leguntur: ⲁⲅⲅⲉⲗⲟⲥ, ⲁⲕⲣⲓⲃⲱⲥ, ⲁⲣⲭⲓⲉⲣⲉⲩⲥ, ⲅⲁⲣ, ⲇⲉ, ⲇⲱⲣⲟⲛ (cum articulo Coptico indefinito ⲫⲁⲛ-ⲇⲱⲣⲟⲛ *dona*), ⲕⲁⲧⲁ, ⲗⲁⲟⲥ, ⲙⲁⲩⲟⲥ, ⲡⲣⲟⲫⲏⲧⲏⲥ, ⲭⲱⲣⲁ, ⲯⲩⲭⲏ; et ibidem spiritus asper Graecus littera ϩ Coptica exprimitur in vocibus ἡγεμών = ϩⲛⲉⲙⲱⲛ v. 6, ἵνα = ϩⲓⲛⲁ v. 8, ὅπως = ϩⲟⲡⲱⲥ v. 23.

§. 8.

De radicibus derivatis.

Radices primariae diversis modis fiunt derivatae:

1. Mutata littera vocali in ⲏ, verba activa vim passivam obtinent; ⲕⲱ *ponere*, ⲕⲏ *poni*; ϧⲱⲡ *spoliare*, ϧⲏⲡ *spoliari*.
2. Saepius ipsa radix primaria duplicatur, ex. gr. ⲁⲓ *faciens*, ⲁⲓⲁⲓ *augens*; ⲗⲟϥ *frangere*, ⲗⲟϥⲗⲉϥ *confringi*; ⲱⲟⲣ *auferre*, ⲱⲟⲣⲱⲟⲣ *destruere*.
3. Litterae vocales interdum inseruntur, cf. ⲱⲛϩ, ⲱⲛⲁϩ *vita, vivere*; ⲙⲟⲩⲓ, ⲙⲟⲟⲩⲓ *ire, ambulare*.
4. Littera ⲁ haud raro radici primariae praefigitur, cf. ⲙⲟⲛⲓ, ⲁⲙⲟⲛⲓ *pascere*.
5. Syllaba ⲛ̀, ⲉⲛ anteponitur, cf. ⲱⲟⲩ, ⲉⲛⲱⲟⲩ *durus*, ϫⲁⲓ, ⲉⲛϫⲁⲓ *res*.
6. Littera ⲱ radici praemittitur, cf. ⲧⲟⲧⲉ, ⲱⲧⲟⲧⲉ *fimbria*; ⲧⲱⲙ, ⲱⲧⲁⲙ *claudere*.
7. Litterae in fine radicis assumtae hae sunt:

   ⲉ cf. ⲙⲉⲥ, ⲙⲓⲥⲉ *parere*.
   ⲥ - ϫⲟ, ϫⲟⲥ *dicere*; ⲧⲱⲙ *claudere*, ⲧⲱⲙⲥ *sepelire*.
   ⲫ - ⲥⲱⲱⲡ, ⲥⲱⲱⲫ *spernere, contemnere*.
   ⲯ - ⲱⲗ, ⲱⲗⲯ *tollere, erigere*.

Adnotatio. At saepius litterae vocales insertae vel adjectae solis quibusdam dialectorum varietatibus significandis inserviunt. Cf. S. ⲕⲱⲣⲡ B. ⲕⲱⲣⲉⲡ *precari*; S. ⲕⲁϩ M. ⲕⲁⲓ *terra* etc.

§. 9.

De vocibus, quae ex duabus radicibus sunt compositae.

Inveniuntur in lingua Coptica non minus quam in lingua antiqua hieroglyphis descripta (cf. De lingua et litteris V. A. pag. 34) voces

compositae ex duabus radicibus, ut ⲥⲉⲕ-ϣⲱⲟⲩ *haurire*, proprie *trahere aquam*; ϣⲁϣⲓ (ϣⲁ-ⲓ) *statera* pr. *locus mensurae*; ⲣⲉϣⲛ̀ⲕⲁⲓ (ⲣⲉϣ-ⲛ̀-ⲕⲁⲓ) *incola* proprie *homo terrae*; ϥⲁⲓ-ⲥⲣⲏ *portator umbraculi*; ⲧⲥⲁϧⲟ *docens* ex ☥ *dare* et ⲥϧⲟ *eruditio*, ϩⲁϣϣⲉ *faber lignarius* ex ϩⲁϣ *homo, vir* et ϣⲉ *lignum*; ⲉⲣⲁⲥ (B. ⲉⲗⲉⲥ) *senescens* ex ⲉⲣ (ⲉⲗ) *facere* et ⲁⲥ (ⲉⲥ) *antiquus*; ⲭⲁⲣⲟ *silere* ex ⲭⲱ *ponere* et ⲣⲱ *lingua*, et aliae.

§. 10.

De vocibus compositis ex radice primaria et particula.

Particulae, quae praecipue cum radicibus primariis conjunctae novam quandam fingunt vocem, sunt hae:

1. ⲁⲧ *non*, particula negativa radicibus primariis vim negativam tribuere solet, quare ⲛⲁϥ *videre*, ⲁⲧⲛⲁϥ *invisibilis*; ⲛⲁ *misericordia*, ⲁⲧⲛⲁ *immisericors* etc.
2. ⲗⲁ *valde* vim radicis primariae adauget, cf. ⲥⲁⲍⲓ *loqui*, ⲗⲁⲥⲁⲍⲓ *loquax*; ϫⲁⲗ *ramus*, ⲗⲁϫⲁⲗ *densus, frondosus*; ϥⲱⲓ *capillus*, ⲗⲁϥⲱⲓ *hirsutus, valde pilosus* et alia.
3. ⲙ̄ⲡⲧ nominibus qualitatis praefigitur, ita ⲁⲗ *surdus*, ⲙ̄ⲡⲧⲁⲗ *surditas*; ⲙ̄ⲡⲧ-ⲁⲧ-ⲛⲟⲩⲧⲉ *atheismus* (ⲛⲟⲩⲧⲉ *deus*); ⲙ̄ⲡⲧ-ⲁⲧ-ⲥϧⲱ *ignorantia* (ⲥϧⲱ *eruditio*) etc.
4. ⲣⲉϥ notat agentem; ita formantur ⲣⲉϥⲥⲱⲡⲧ *creator* (ⲥⲱⲡⲧ *creare*), ⲣⲉϥⲉⲣ *factor, effector* (ⲉⲣ *facere*), ⲣⲉϥⲁⲣⲉϩ *custos* (ϩⲁⲣⲉϩ *custodire*), ⲣⲉϥⲕⲁϯ *intelligens* (ⲕⲁϯ *intelligere*) alia.
5. ϣⲟⲩ in compositis significat *dignum*, inde ϣⲟⲩⲧⲁⲓⲟ *honore dignus*, ϣⲟⲩⲙⲉⲛⲣⲓⲧ *dignus, qui ametur*; ϣⲟⲩⲟⲩⲁϣ *desiderio dignus* etc. Particula ϣⲟⲩ *valde*, nominibus et verbis praefixa saepius in solam litteram ϣ contrahitur et vocis vim adauget. Cf. ϣⲟⲉⲣⲟⲱⲣ *turbare, turbatio*.
6. Praemissa syllaba ⲥⲓⲙ vel ⲭⲓⲙ finguntur verba, hisque praefixo articulo nomina actionis permulta, ex. gr. ⲥⲓⲙⲛⲁϥ *videre*, ⲡⲓ-ⲭⲓⲙⲛⲁϥ *visio*; ⲭⲓⲙⲙⲟⲱⲓ *ambulare*, ⲡⲓ-ⲭⲓⲙⲙⲟⲱⲓ *iter* (*actio ambulantis*); ⲥⲓⲙⲁϣϣⲉ *pugnare*, ⲡⲓ-ⲥⲓⲙⲁϣϣⲉ *pugna* etc. Haud injuria fortasse ab aliis syllaba ⲭⲓⲙ cum verborum Graecorum terminatione ζειν (*χρά-ζειν*) comparata est.
7. Saepius nominibus numeralibus praefigitur particula ⲁⲙ *multum, iterum* ex. gr. ⲁⲙⲟⲃⲁ *myrias*, ⲁⲙⲙⲏⲧ *decas* etc.

Caput III.

De nomine.

§. 11.

De forma et genere nominum.

Distinguuntur in lingua Aegyptiaca duo tantum nominum genera, masculinum et femininum, quae usu tantum cognosci possunt, cum nomina saepius omni distinctionis nota careant. Neutri generi exprimendo inservit femininum. Interdum omissis articulo vel aliis signis distinctionis nominum formae cognoscuntur syllabis praefixis ⲁⲧ, ⲙⲁ, ⲙⲛ̄ⲧ, aliis, quibus has potissimum significationes tribuas.

1. Syllaba praefixa ⲁⲧ negat vim et nominibus substantivis et adjectivis subjectam; inde formantur ⲁⲧϣⲏⲣⲉ *liberis carens* ex ϣⲏⲣⲉ *filius*, ⲁⲧϩⲏⲧ *amentia* ex ϩⲏⲧ *cor*, ⲁⲧⲙⲟⲩ *immortalis*, *immortalitas* ex ⲙⲟⲩ *mors* etc.
2. Syllaba praefixa ⲙⲁ adjecta vel omissa praepositione ⲛ̀ locum actionis significat, cf. ⲙⲁⲛ̀ⲥⲱ *caupona* (*locus potationis*), ⲙⲁⲛ̀ⲛⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ *fenestra* (*locus, qui lucem praebet*), ⲙⲁϣⲓ *statera* (*locus mensurae, ponderationis*).
3. Praepositioni ⲙⲛ̄ⲧ T. ⲙⲉⲧ M. adjectivis praefixae praecipue nomina abstracta originem debent. Conferas ⲙⲉⲧⲁⲙⲟⲩ *immortalitas*, ⲙⲉⲧⲁⲡⲁⲥ *vetustas* etc. Et in lingua antiqua hieroglyphis descripta multa ejusmodi nomina abstracta cum syllaba praefixa ⲙⲉⲧ composita obveniunt. Ita legitur MT-S (ⲙⲉⲧⲥⲉⲓ) *ornamentum* J. Ros. VII, MT-KT (ⲙⲉⲧⲕⲱⲧⲉ) *circuitus* J. Ros. VIII, MT-STN (ⲙⲉⲧ-ⲥⲟⲩⲧⲉⲛ) *regnum* J. Phil. et Hymn. Taur. I etc.
4. Nomina tandem adjectiva ex participiis oriunda cognoscuntur praemissis syllabis ⲉⲧ, ⲉϥ, ⲉⲥ et ⲉⲩ; quarum prima ⲉⲧ pronomen relativum significat, ⲉϥ Singulari masc., ⲉⲥ Singulari fem., ⲉⲩ Plurali comm. gen. praefiguntur. Cf. ⲉⲧⲙⲟⲟⲩⲧ *mortuus*, ⲉϥⲉⲣⲟⲩⲱⲓⲛⲓ *lucidus, splendens*, ⲉⲥⲉⲉⲧ *praegnans, gravida*, ⲉⲩⲙⲟⲩϣⲓ *ambulantes*.

§. 12.

De genere nominum haec fere monenda sunt:

1. Omnia, quae cum ⲙⲛ̄ⲧ vel ⲙⲉⲧ composita sunt nomina, nullo excepto feminini sunt generis.

2. Nomina masculina fiunt feminina tribus potissimum modis, qui sunt:

a. Sola mutatur littera vocalis, et quidem modo littera vocalis syllabae penultimae corripitur, modo, si nomen masculinum brevi vocali terminatur, haec producitur ad nomen femininum efficiendum. Cf. ϣⲛⲣⲉ *filius*, ϣⲉⲣⲉ *filia*; ⲟⲩⲣⲟ *rex*, ⲟⲩⲣⲱ *regina*; ϩⲉⲗⲗⲟ *senex*, ϩⲉⲗⲗⲱ *anus* etc.

b. Nomina masculina fiunt feminina adjecta littera vocali T. ⲉ B. ⲓ. Cf. ϣⲱⲙ *socer*, ϣⲱⲙⲉ *socrus*; ϩⲓⲛϩ̄ *agnus*, ϩⲓⲛϩ̄ⲓ *agna*.

Adnot. Interdum at rarius hae duae mutationes conjunctae adhibentur; ex. gr. ⲥⲟⲛ *frater*, ⲥⲱⲛⲉ *soror*.

c. Saepissime duo genera distinguuntur praemisso articulo, de quo mox disseretur, aut adjectis vocibus notissimis ϩⲟⲟⲩ̈ T. ϩⲱⲟⲩ̈ M. *mas* et ϩⲓⲙⲉ, ϩⲓⲙⲓ *femina*; ita leguntur ⲁⲗⲟⲩ ϩⲟⲟⲩ̈ *infans masculus*, ⲁⲗⲟⲩ ϩⲓⲙⲉ *infans femina*, *puella* et alia.

§. 13.

De articulo nominum.

Articuli discernunt Aegyptii varia genera, *definitum*, *indefinitum*, *demonstrativum* et alia, quae quidem omnia in lingua Coptica nomini praefiguntur. Quorum formae sunt hae:

1. Articulus *indefinitus*, qui genera diversa haud respicit, per omnes tres dialectos est ⲟⲩ; ex. gr. ⲟⲩ-ⲣⲱⲙⲓ *homo quidam*, ⲟⲩ-ϫⲱⲙ *liber quidam* etc. Ejusdem articuli pluralis formatur

T. ϩⲛ̄, M. ϩⲁⲛ, B. ϩⲉⲛ.

ita ϩⲁⲛ-ⲙⲟⲩⲓ *leones*, ϩⲛ̄ ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ *apostoli* Lucas 11, 49.

2. Articulus *definitus* contra et numeros et genera distinguens hic est:

	Sing.		*Plur.*
	masc.	*fem.*	*comm.*
T.	ⲡⲉ ὁ	ⲧⲉ ἡ	ⲛⲉⲓ, ⲛⲉ οἱ, αἱ
M.	ⲡⲓ	ⲧ	ⲛⲓ
B.	ⲡⲓ et ⲡⲉ	ⲧ et ⲧⲉ	ⲛⲉ et ⲛⲓ.
Hierogl.	*P*	*T*	*N.*

Exempla: ⲡⲓⲕⲁϩⲓ ἡ γῆ, ϯϩⲓⲙⲉ ἡ γυνή, ⲛⲉⲧⲁⲩ τὰ ὕδη.

Notandum est, saepe omissis vocalibus ı et ϵ solas consonantes nomini praefixas articuli vicem agere, ex. gr. ⲡⲛⲟⲩⲧⲉ *deus;* neque minus in dialecto Memphitica litteras ⲡ et ⲧ (sive ϯ) ante ⲃ, ⲙ, ⲛ, ⲣ et ⲟⲩ mutari in ⲫ et ⲑ, ex. gr. ⲫⲟⲩⲛⲃ *sacerdos*, ⲑⲃⲁⲕⲓ *urbs;* in vocibus, quae littera ⲉ ordiuntur, ⲡ et ⲧ cum hac ⲉ in ⲫ et ⲑ coalescunt, cf. ⲑⲟⲣⲁⲥⲓⲥ ἡ ὅρασις Is. 1, 1. In lingua antiquissima articulus masculini generis *P* semper voci praefigitur, dum articulus fem. gen. *T* affixus fuisse videtur. Plutarchus enim in lingua sacra matrem *mut* nominatam fuisse perhibet, quae cum Coptice ⲙⲁⲩ vocetur, littera *T* finalis sine dubio est articulus fem. gen. in lingua Coptica voci praefixus ϯⲙⲁⲩ.

3. Articulus *demonstrativus*, qui nomini conjunctus vel separatus legitur, hic est:

	Sing.		*Plur.*
	masc.	*fem.*	*comm.*
T. et B.	ⲡⲉⲓ *hic*	ⲧⲉⲓ *haec*	ⲛⲉⲓ *hi, hae*
M.	ⲡⲁⲓ	ⲧⲁⲓ	ⲛⲁⲓ
hierogl.	*PAI*	*TAI*	*NAI.*

Exempla: ⲧⲉⲓϩⲓⲙⲉ *haec uxor*, ⲛⲁⲓⲧⲏⲣⲟⲩ *haec omnia*, ⲛⲁⲓ ⲛⲉ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ οὗτός ἐστιν ὁ Μωϋσῆς Act. 7, 37.

Leguntur quoque formae Memphiticae ϥⲁⲓ et ⲑⲁⲓ congruenter cum simplicis articuli formis ϥ et ⲑ, ex. gr. ⲑⲁⲓ ⲧⲉ ⲧⲉⲕⲭⲓⲭ *haec tua manus* Ps. 108, 27.

§. 14.

De articulis possessivis.

1. Articulus *possessivus* ita dictus jungitur nomini possidenti, et originem duxit ab articulo simplici adjecta littera vocali ⲁ (ⲁ *habere* inde ⲡⲁ *quem habet*, ⲛⲁ *quas habet*):

	Sing.		*Plur.*
	masc.	*fem.*	*comm.*
T. et B.	ⲡⲁ ὁ τοῦ...	ⲧⲁ ἡ τοῦ...	ⲛⲁ οἱ, αἱ τοῦ...
M.	ϥⲁ	ⲑⲁ	ⲛⲁ
hierogl.	*PA*	*TA*	*NA.*

Exempla: ⲛⲁⲛⲟⲩⲣⲟ ⲗⲁⲛⲟⲩⲣⲟ ⲟⲩⲟⲩ ⲛⲁϥϯ ⲗⲁϥϯ, τὰ καίσαρος καίσαρι καὶ τὰ τοῦ θεοῦ τῷ θεῷ Matth. 22, 21.

2. Hic articulus *possessivus* hoc modo cum pronominibus affixis coalescere solet:

Sing.		*Plur.*
masc.	*fem.*	*comm.*
ⲡⲁ *meus* (ὁ μοῦ)	ⲧⲁ *mea*	ⲛⲁ *mei, meae.*
ⲡⲉⲕ *tuus* m.	ⲧⲉⲕ *tua*	ⲛⲉⲕ *tui.*
ⲡⲟⲩ *tuus* f.	ⲧⲟⲩ *tua*	ⲛⲟⲩ *tui.*
ⲡⲉϥ *ejus* m.	ⲧⲉϥ *ejus*	ⲛⲉϥ *ejus (sui).*
ⲡⲉⲥ *ejus* f.	ⲧⲉⲥ *ejus*	ⲛⲉⲥ *ejus.*
ⲡⲉⲛ *noster*	ⲧⲉⲛ *nostra*	ⲛⲉⲛ *nostri.*
ⲡⲉⲧⲛ̀, ⲡⲉⲧⲉⲛ *vester*	ⲧⲉⲧⲛ̀ } *vestra* ⲧⲉⲧⲉⲛ }	ⲛⲉⲧⲛ̀ } *vestri.* ⲛⲉⲧⲉⲛ }
ⲡⲉⲩ, ⲡⲟⲩ *eorum*	ⲧⲉⲩ, ⲧⲟⲩ *eorum*	ⲛⲉⲩ, ⲛⲟⲩ *eorum.*

Littera ⲉ, quae in his formis inter articulum ⲡ et pronomen suffixum inserta est, verbo ⲉ *esse* congruit, inde est ⲡⲉⲕ *qui est tibi, tuus.* Conferas Syr. ܕ݁ et exempla: ⲡⲁⲟⲩⲣⲟ *rex meus*, ⲡⲁⲛⲟⲩϯ *deus meus*, ⲡⲉⲛϩⲏⲧ *cor nostrum;* ⲡⲟⲩⲯⲓⲛⲓⲱ *brachium eorum*, ⲧⲉⲕϭⲟⲩⲁ *vis tua* etc.

In lingua contra sacra antiquissima pronomina personalia suffixa non articulo sed ipsi nomini affigebantur; inde legimus RaN-F *nomen ejus* (copt. ⲛⲉϥⲣⲁⲛ), ʿSaFT-F *inimicus ejus* (copt. ⲛⲉϥⲯⲁϥⲧ), quod convenit cum linguae Ebraicae formandi legibus אָבִי *pater meus,* מַלְכֵּנוּ *rex noster,* חֻקְּךָ *lex tua* etc.

§. 15.

De numero nominum.

1. Saepissime non solum voces Graecae, quarum magnam partem immutatam lingua Coptica recepit, sed etiam Copticae in numero plurali formam singularis retinent, ita ut horum nominum numeri non nisi articulo distingui possint. Imprimis omnes voces e linguis aliis receptae sunt immutabiles. Ita leguntur voces Graecae ⲛⲓⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ *ἀπόστολοι*, ϩⲁⲙⲙⲁⲧⲟⲥ *μάγοι* (Matth. 2, 1), ⲛⲓⲁⲣϫⲓⲉⲣⲉⲩⲥ *οἱ ἀρχιερεῖς* (Matth. 2, 2) etc. Voces Copticae, quae, ut jam dictum est, simili modo in numero plurali formam singularis retinere solent, sunt ex. gr. ⲡⲉϩⲟⲟⲩ sing. ⲡⲉϩⲟⲟⲩ̀ pl. *dies;* ϫⲓⲡϣⲓ *pars*, ⲛⲓϫⲓⲡϣⲓ *partes* et multae aliae.

2. Si singularis forma ad pluralem significandum mutatur, id his potissimum syllabis finalibus adjectis fieri solet:

Singularia, quae exeunt in:		*recipiunt in plurali:* *Memph.*	*Theb.*
1.	litteram Conson.	ⲓ	ⲉ
2.	ⲉ	ⲉⲩ	ⲉⲩ, ⲏⲩ, ⲉⲩⲉ, ⲏⲩⲉ
3.	ⲟ	ⲱⲟⲩ	ⲟⲩ, ⲟⲩⲉ
4.	ⲱ vel litt. cons.	ⲟⲩ, ⲟⲩⲓ	—
5.	ⲉ, ⲉⲓ, ⲏ	ⲏⲟⲩⲓ	—
6.	ⲟⲩ	ⲱⲟⲩⲓ	—

Exempla.

1. ⲁϥⲱϥ *gigas*, ⲁϥⲱϥⲓ *gigantes*; ⲁϧⲱⲕ *corvus*, ⲁϧⲱⲕⲉ *corvi*.
2. ⲱⲁⲗⲉ *claudus*, ⲱⲁⲗⲉⲩ *claudi*; ⲁⲡⲉ *caput*, ⲁⲡⲏⲩⲉ *capita*.
3. ⲗⲁⲣⲟ *flumen*, ⲗⲁⲣⲱⲟⲩ *flumina*; ⲟⲩⲣⲟ *rex*, ⲟⲩⲣⲱⲟⲩ *reges*.
4. ⲱⲟⲩⲛⲓⲁⲧ *beatus*, ⲱⲟⲩⲛⲓⲁⲧⲟⲩ *beati*; ⲧⲏⲣ *omnis*, ⲧⲏⲣⲟⲩ *omnes*; ⲥϧⲱ *doctrina*, ⲥϧⲱⲟⲩⲓ *doctrinae* etc.
5. ϥⲏ *coelum*, ϥⲏⲟⲩⲓ *coeli*.
6. ⲁⲗⲟⲩ *infans*, ⲁⲗⲱⲟⲩⲓ *infantes*.

Adnotatio. In lingua sacra pluralis numerus saepissime significatur triplicata ipsa imagine, vel adjectis imagini tribus lineolis, si autem phonetice exscripta invenitur ejus determinatio, congruit formis sub 4, 5 et 6 allatis et UI legenda est, ex. gr. KeM-UI *Aegyptii*, MeR-UI *regiones* J. Ros. etc.

3. Restat, ut pauca tantum de formis irregularibus adjiciamus, quae ipsius nominis litteram vocalem hoc illove modo vel producere vel corripere solent. Hae fere sunt regulae, quas sequi poteris:

a. Mutatur littera vocalis radicalis, nulla terminatione adjecta.

b. Corripitur vocalis, accedente terminatione notissima ⲓ vel ⲉ. Inde exstant terminationes:

pl. ⲟⲧⲉ, ⲟϯ e sing. ⲱⲧ
- ⲁⲧⲉ, ⲁϯ e - ⲏⲧ, ⲓⲧ, ⲟⲧ.

cf. ⲉⲓⲱⲧ *pater*, ⲉⲓⲟⲧⲉ *patres*; ⲱⲱⲧ *mercator*, ⲱⲟϯ *mercatores*; ϩⲟⲩⲣⲓⲧ *custos*, ϩⲟⲩⲣⲁⲧⲉ *custodes*; ⲉϧⲟⲧ *mensis*, ⲉϧⲁⲧⲉ *menses* etc.

c. Abjecta littera vocali radicali adjiciuntur aliae pluralis terminationes ex. gr. ⲥⲟⲛ *frater*, ⲥⲛⲏⲩ vel ⲥⲛⲏⲟⲩ *fratres*; ϩⲱϧ *opus*, ϩⲏⲱⲟⲩⲓ *opera*; ϩⲟϥ *serpens*, ϩϥⲟⲩⲓ *serpentes*.

d. Inveniuntur tandem formae plurales ita mutatae, ut vix, quomodo ex singularibus exstiterint, definiri possit, quamobrem singularis et pluralis formae a diversis radicibus ducendae esse videntur ex. gr.

ϲϩⲓⲗⲉ *mulier*, ϩⲓⲟⲗⲉ *mulieres*; ϧⲱⲕ *servus*, ⲉϧⲓⲁⲕ *servi*; ⲓⲟⲙ *mare*, ⲙⲁⲓⲙⲟⲩ (ⲙⲙ) *maria* et aliae.

§. 16.

De nominis declinatione.

Cum linguae Aegyptiacae nomina omnino sint indeclinabilia atque certa quadam careant terminatione, singuli casus particulis quibusdam dignoscuntur, quae nomini sive conjunctae, sive separatae praefiguntur, hisque formis in diversis dialectis utuntur:

	Theb. et Bas.		*Memph.*	
Nom.	sep. ⲛ̀ⲥⲓ		sep. ⲛ̀ⲭⲉ	
Gen.	- ⲛ̀ⲧⲉ	praef. ⲛ̀, ⲙ̀	- ⲛ̀ⲧⲉ	praef. ⲛ̀, ⲙ̀
Dat.	- —	- ⲛ̀, ⲙ̀, ⲉ̀	- —	- ⲛ̀, ⲙ̀, ⲉ̀
Accus.	- —	- ⲛ̀, ⲙ̀, ⲉ̀	- —	- ⲛ̀, ⲙ̀, ⲉ̀
Voc.	- ⲱ	- ⲛⲉ	- ⲱ	- ⲛⲓ
Abl.	- ⲉϧⲟⲗ, ϩⲓⲧⲉⲛ	- ⲛ̀, ⲙ̀, ⲉ̀	- ⲉϧⲟⲗ, ϩⲓⲧⲉⲛ	- ⲛ̀, ⲙ̀, ⲉ̀

Adnotata.

1. De nominativo monendum est, praepositiones ⲛ̀ⲥⲓ vel ⲛ̀ⲭⲉ ex ⲛ̀ et particulis ⲥⲓ, ⲭⲉ compositas saepius esse omissas, imprimis subjecto ab initio totius orationis posito. Scribuntur tantum hae particulae, si verbum vel objectum praecessit, ut subjectum facilius dignoscere possis. Cf. Τοτε ⲏⲣⲱⲁⲛⲥ ⲁϥⲙⲟⲩϯ, *τότε Ἡρώδης καλέσας* .... Matth. 2, 7 et ⲙⲁⲣⲉϥ ϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲉ ⲟⲩⲟⲩⲱ̀ⲛⲓ ⲟⲩⲟϩ ⲁϥϣⲱⲡⲓ ⲛ̀ⲭⲉ ⲟⲩⲟⲩⲱ̀ⲛⲓ, *fiat lux et facta est lux* Gen. 1, 3.

2. Permultae sunt praepositionum formae, quae casui sexto vel ablativo significando inserviunt. Praeter enim praefixas ⲉ̀, ⲛ̀ et ⲙ̀ hae potissimum leguntur separatae passim obviae:

Thebaice.	*Memphitice.*	*Basmurice.*
ⲉ̄ϧⲟⲗ ⲛ̀	ⲉϧⲟⲗ ⲛ̀	ⲉϧⲁⲗ ⲛ̀ *a, ex, de.*
ⲉ̄ϧⲟⲗϩⲓ̀	ⲉϧⲟⲗϫⲉⲛ	ⲉϧⲁⲗϩⲓ̀ *ex, de, propter.*
—	ⲉϧⲟⲗϩⲁ	— *ex.*
ⲉ̄ϧⲟⲗϩⲓ	ⲉϧⲟⲗϩⲓ	ⲉϧⲁⲗϩⲓ *a, ex, per.*
ϩⲓⲧⲓ̀	ϩⲓⲧⲉⲛ	ϩⲓⲧⲉⲛ *a, ex, cum.*
ⲉ̄ϧⲟⲗϩⲓⲧⲓ̀	ⲉϧⲟⲗϩⲓⲧⲉⲛ	ⲉϧⲁⲗϩⲓⲧⲉⲛ id.
ⲉ̄ϧⲟⲗϩⲓϫⲓ̀	ⲉϧⲟⲗϩⲓϫⲉⲛ (ⲉϧⲟⲗϫⲓϫⲉⲛ)	ⲉϧⲁⲗϩⲓϫⲉⲛ *a, ex, super.*
ⲛ̄ⲧⲛ̄	ⲛ̀ⲧⲉⲛ	ⲛ̀ⲧⲉⲛ *a, ab.*

3. Notandum est de particulis praefixis ⲁⲛ et ⲛ̀, saepius ⲉⲁⲛ et ⲉⲛ scriptis, illam ⲁⲛ consonantibus ⲃ, ⲡ, ⲫ, ⲑ et ⲙ, hanc ⲛ̀ ceteris nominibus ab aliis litteris incipientibus praefigi solere ex. gr. ⲁⲛⲫⲟⲩⲣⲟ *regi*, ⲛ̀ⲥⲩⲛⲣⲓ *filio*.

4. In lingua tandem antiquissima sacra hieroglyphis expressa singuli declinationis casus his potissimum particulis cum Copticis congruentibus significati sunt:

Nom. (signo caret)

Gen. N, copt. ⲛ̀ J. Ros. V, VI, XIV.
NT, copt. ⲛ̀ⲧⲉ J. Ros. VI, VIII, X, XI, XII (NTI J. Ros. XIV).
M, copt. ⲙⲛ̀ J. Ros. X.

Dat. N, copt. ⲛ̀ J. Ros. IX, XI, XII (NF = ⲛⲁϥ *ei*).
R, L, ebr. ל J. Ros. VII.
HR, copt. ϩⲁⲣⲟ *ad* J. Ros. VII, VIII, IX etc.

Accus. N, copt. ⲛ̀ J. Ros. X.

Ablat. M, copt. ⲙⲛ̀ *ex, de* J. Ros. V, VII, VIII etc.
EM, copt. ⲉⲙⲛ̀, ⲉⲁⲛ *a, παρά* J. Ros. X.
MT (copt. ⲙⲟⲩⲧ *jungere*) *cum* J. Ros. VIII, IX, X, XIV.

§ 17.

De nominibus adjectivis.

Nomina adjectiva, exceptis illis, quae forma gaudent propria radicali, plerumque oriuntur ex aliis radicibus his potissimum praefixis syllabis, quibus maxime a substantivis discerni possunt:

a. Praemissa verborum radicibus syllaba ⲉϥ (m.), ⲉⲥ (fem.), ⲉⲩ (pl. comm.) fiunt nomina adjectiva participialia; ⲙⲉⲓ *amare*, inde ⲉϥⲙⲉⲓ *amans*, ⲉⲩⲙⲉⲓ *amantes*; ⲟⲩⲣⲁⲛ ⲉϥⲥⲏϩ̣ *ὄνομα γεγραμμένον* Apoc. 19, 12. De verbo auxiliari ⲉ *esse*, quod suffixis ϥ, ⲥ, ⲩ (§. 28) flectitur et his formis ⲉϥ *est*, ⲉⲥ *est* f. et ⲉⲩ *sunt* subest cf. §. 29.

b. Adjectiva intensioris significatus formantur praemissa syllaba ⲙⲟⲩ (ⲙⲛ̀ *multum, valde*), inde ⲙⲉⲣⲓⲧ *carus*, ⲙⲟⲩⲙⲉⲣⲓⲧ *valde carus, carissimus*; ⲧⲁⲓⲟ *honor*, ⲙⲟⲩⲧⲁⲓⲟ *perhonoratus*. Cf. §. 10, 5

c. Particula negante ⲁⲧ praefixa exsistunt adjectiva privantia ex. gr. ⲁⲧⲙⲟⲩ *immortalis*, ⲁⲧϣⲁⲓ *ἀπαίδευτος*, ⲁⲧⲛⲁⲩ *inutilis*.

d. Praefixa radici syllaba ⲣⲉⲛ *homo* et sequente signo genitivi ⲛ̀ formantur nomina adjectiva gentilicia ita dicta; inde ⲕⲏⲙⲉ *Aegyptus*,

ⲣⲁϩⲛⲓⲕⲛⲁⲉ *Aegyptius*; ⲣⲉⲙϩⲓⲙⲉϥⲓ *Memphites* et alia, quibus inest notio virtutis cujusdam, qua quis praeditus est, vel artis, quam quis exercet, ut ex. gr. ⲣⲁⲛⲛⲟⲩⲧⲉ *pius* (*vir dei*), ⲣⲁⲛ-ⲥⲱⲙⲉ *agricola* (*vir agri*), ⲣⲁⲛⲕⲁϯ *intelligens* (*vir intelligentiae*) etc.

e. Leguntur tandem formae quaedam aliae ex duabus radicibus compositae, at ita contractae, ut vix originem earum cognoscere possis. Ita ⲡⲁⲛⲧ *misericors* ex ⲡⲁ *miserans* et ϩⲛⲧ *cor*; ⲥⲱⲧⲙⲛⲧ *obediens* ex ⲥⲱⲧⲙ *audiens* et ϩⲛⲧ *cor*; ⲧⲥⲁϣⲱ *docens* ex ϯ *dare* et ⲥϣⲱ *doctrina* etc.

§. 18.

De eorum flexione.

1. Distinguunt adjectiva nominum instar duo genera atque numeros. Generis masculini formae plerumque fiunt femininae adjecta littera ⲓ vel ⲉ. Cf. ⲕⲉⲧ *alius*, ⲕⲉϯ *alia*; ϩⲟⲩⲓⲧ *primus*, ϩⲟⲩⲓϯ *prima*; ⲙⲛⲧ *decem*, ⲙⲛⲧⲉ *fem*; aut si forma masculina vocali terminatur, haec producitur, ex. gr. ⲃⲉⲗⲗⲉ *coecus*, ⲃⲉⲗⲗⲏ *coeca*; ⲱⲉⲗⲗⲟ *peregrinus*, ⲱⲉⲗⲗⲱ *peregrina*. Pluralis numerus iisdem modis formatur, quibus nomina substantiva pluralia formari vidimus. Vid. §. 15; ⲱⲁⲗⲉ *claudus*, ⲱⲁⲗⲉⲩ *claudi*.

2. Nomina adjectiva substantivo modo praemittuntur modo postponuntur et cum articulis cujusvis generis jungi solent. Interdum adjectivorum loco leguntur nomina, quibus praefigitur particula ⲛ̀, genitivi signum, cui constructioni status constructus Ebraeorum omnino respondet ex. gr. ⲯⲩⲭⲏ ⲛ̀ⲛⲓϩ *anima vitae* i. e. *vivens* Gen. I, 30; ⲡⲉϥⲙⲁⲓ ⲛ̀ⲟⲩ ⲙⲡⲱϯ *misericordia ejus magnitudinis* i. e. *magna* Luc. 1, 58. Alia exempla sunt ⲡⲓⲟⲩ ⲁⲥ ⲛⲉ ⲟⲩⲥⲁϧⲉ ⲛⲉ ⲉϧⲟⲗ ⲟⲩⲧⲉ ⲙⲫⲛⲣⲓⲟⲛ ⲧⲏⲣⲟⲩ *serpens autem erat prudentissimus inter bestias omnes* Gen. III, 1; ⲛ̀ⲟⲩⲙⲱϯ ⲛ̀ⲣⲁⲱⲓ *χαρὰν μεγάλην* Luc. 2, 10. Una tantum vox ⲙⲡⲉⲛ (fortasse ⲙ-ⲡⲉⲛ, pluralis numerus radicis ⲡⲉⲛ = *πᾶν*) *omnis*, *quisque* nunquam articulum suscipit. Inde legimus Luc. 4, 13: ⲡⲓⲣⲁⲥⲙⲟⲥ ⲙⲡⲉⲛ *πάντα πειρασμόν*.

3. Paucis nominibus adjectivis pronomina suffixa cujusvis personae addi possunt, quae sunt ⲧⲏⲣ *omnis*, ⲙⲁⲓⲁϯ *beatus*, ⲛⲁⲛⲉ *bonus*, ⲙⲁⲁ *magnus*, ⲙⲁⲩⲁϯ *solus* et quaedam alia. Suffixa autem eam ob causam iis addita esse videntur, quod haec adjectiva proprie nomina sunt habenda, ut ⲧⲏⲣ *omneitas*, ⲙⲁⲁ *magnitudo* etc. Ita formantur:

ⲧⲏⲣ *omnis (omneitas).*	ⲡⲁⲁ *magnus (magnitudo).*
ⲧⲏⲣ-ⲕ *omnis tu.*	ⲡⲁⲁ-ⲕ *magnus tu.*
ⲧⲏⲣ-ϥ *omnis ille.*	ⲡⲁⲁ-ϥ *magnus ille.*
ⲧⲏⲣ-ⲥ *omnis illa.*	ⲡⲁⲁ-ⲥ *magna illa.*
ⲧⲏⲣ-ⲉⲛ *omnes nos.*	—
ⲧⲏⲣ-ⲧⲉⲛ *omnes vos.*	—
ⲧⲏⲣ-ⲟⲩ *omnes illi.*	ⲡⲁⲁⲩ *magni illi.*

Exempla hujus regulae sunt innumera. Cf. ⲡⲥⲁⲧϥ ⲧⲏⲣⲟⲩ ⲛ̀ⲧⲉⲡⲕⲁϩⲓ *reptilia omnia terrae* Gen. I, 24; ⲡⲕⲁϩⲓ ⲧⲏⲣϥ *terra omnis* Gen. I, 26; ⲛⲁⲛⲉⲥ ⲁⲛ ⲉ̀ⲟⲣⲉ ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ ⲱⲱⲡⲉ ⲁ̀ⲙⲁϩⲧϥ *non bonum est, hominem esse solum* Gen. II, 18; ⲡⲁⲓⲁⲧϥ ⲁ̀ⲡⲓⲣⲱⲙⲓ *beatus ille vir* Ps. I, 1. —

§. 19.

De comparativo et superlativo.

1. Comparativi atque superlativi forma peculiari carens lingua Aegyptiaca comparationis gradus congruenter cum dialectis Semiticis adverbiorum et praepositionum ope signare solet. Et primum quidem comparativo exprimendo inservit adverbium M. ϩⲟⲩⲟ S. ϩⲟⲩⲉ B. ϩⲟⲩⲁ *plus* praemissa rei comparatae praepositione ⲉ̀ vel ⲉ̀ⲣⲟ-ⲧⲉ *prae.* Cf. ⲁ̀ϥⲁⲓ ⲅⲁⲣ ⲁ̀ⲡⲱⲁ ⲛ̀ϩⲟⲩⲟ ⲧⲁⲓⲟ ⲉ̀ⲣⲟ-ⲧⲉ ⲙⲱⲩⲥⲏⲥ *πλείονος γὰρ δόξης οὗτος παρὰ Μωϋσῆν ἠξίωται* Hebr. 3, 3; saepius autem adverbium ϩⲟⲩⲟ omittitur, ex. gr. ϥⲱⲱⲧ ⲉ̀ⲣⲟ-ⲧⲉ ⲥⲛϥ ⲛⲓⲃⲉⲛ ⲛ̀ϩⲣⲏ *acutum prae omni gladio ancipiti* i. e. *τομώτερος ὑπὲρ πᾶσαν μάχαιραν δίστομον* Ebr. 4, 12; ⲛⲁⲛⲉⲥ ⲅⲁⲣ ..... ⲉ̀ⲣⲟ-ⲧⲉ *bonum est ... prae* i. e. *κρεῖττον γάρ ἦν* II Petr. 2, 21; ⲙⲏ ⲛ̀ⲧⲟⲕ ⲟⲩⲛⲓϣϯ ⲛ̀ϩⲟⲕ ⲉ̀ ⲡⲉⲛⲓⲱⲧ ⲁⲃⲣⲁⲁⲙ *Μὴ σὺ μείζων εἶ τοῦ πατρὸς ἡμῶν Ἀβραάμ*, etc. Pronomina porro suffixa semper cum praepositione ⲉ̀ⲣⲟ-ⲧⲉ conjuncta inveniuntur ex. gr. ϥⲛⲉϩⲙⲉⲓ ⲁ̀ⲡⲉϥⲛⲓϣϯ ⲓⲉ ⲧⲉϥⲙⲁⲩ ⲉ̀ⲣⲟ-ⲧⲉⲣⲟⲓ ὁ *φιλῶν πατέρα ἢ μητέρα ὑπὲρ ἐμέ.* Matth. 10, 37. Haud raro tandem in vertendo textu Graeco vocem Graecam *μᾶλλον* retinuerunt. Cf. Act. 20, 35: *μακάριόν ἐστι μᾶλλον*: ⲟⲩⲙⲉⲧⲙⲁⲕⲁⲣⲓⲟⲥ ⲧⲉ ⲙⲁ̀ⲗⲗⲟⲛ.

2. Simili modo superlativus exprimitur simplici adjectivi forma sequentibus praepositionibus ϩⲉⲛ *in*, ⲟⲩⲧⲉ *inter*, ⲉ̀ϧⲟⲗ ⲟⲩⲧⲉ *prae* et aliis. Cf. ⲛ̀ϩⲟⲕ ⲟⲩⲕⲟⲩⲁⲓ ⲁⲛ ϩⲉⲛ ⲡⲓⲙⲉⲧⲣⲏⲩⲉⲙⲙⲓⲛ ⲛ̀ⲧⲉ ⲓⲟⲩⲇⲁ *tu non parva inter principes Judae* i. e. *σὺ οὐδαμῶς ἐλαχίστη εἶ ἐν τοῖς ἡγεμόσιν Ἰούδα* Matth. 2, 6; ⲡⲓⲕⲟⲩⲁⲓ ⲉ̀ϧⲟⲗ ⲟⲩⲧⲉ ⲡⲓ ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ ⲧⲏⲣⲟⲩ *parvus prae omnibus apostolis* i. e. *ὁ ἐλάχιστος τῶν*

ἀποστόλων I Corinth. 15, 9. At si Coptitae superlativi formam diligenter atque accurate vertere studerent, ipsam vocem Graecam retinebant. Inde legitur in versione Sahidica loco modo citato ⲡⲉⲗⲁⲭⲓⲥⲧⲟⲥ ⲛ̀ ⲁⲡⲟⲥⲧⲟⲗⲟⲥ. Augetur tandem nominis adjectivi vis ac significatio adjecto adverbio T. ⲉⲙⲁⲧⲉ M. ⲉⲙⲁϣⲙ B. ⲉⲙⲁϣⲁ *valde, admodum,* cui Ebraeorum מְאֹד, Graecorum *σφόδρα* congruit, ita ⲟⲩⲛⲓϣϥ̀ ⲛ̀ ⲣⲁϣⲓ ⲉⲙⲁϣⲙ *χαρὰ μεγάλη σφόδρα* Matth. 2, 10.

3. In lingua antiquissima sacra superlativus exprimitur simplici positivo adjecto genitivo pluralis numeri. Ita *deus deorum = summus deus, princeps principum = summus princeps.* Neque minus particulae ⲛ̀ⲣⲟⲩⲉ, ⲉ̀ⲣⲟⲧⲉ et ⲉⲙⲁⲧⲉ interdum phonetice scriptae in hieroglyphis obveniunt.

§. 20.

De nominibus numeralibus.

a. Numeri cardinales.

		Thebaice.		*Memphitice.*	
		masc.	*fem.*	*masc.*	*fem.*
1.	ⲁ̅.	ⲟⲩⲁ	ⲟⲩⲉⲓ	ⲟⲩⲁⲓ	ⲟⲩⲓ.
		ⲟⲩⲱⲧ		ⲟⲩⲱⲧ	
2.	ⲃ̅.	ⲥⲛⲁⲩ	ⲥⲛ̄ⲧⲉ, ⲥⲉⲛⲧⲉ	ⲥⲛⲁⲩ	ⲥⲛⲟⲩϥ̀.
3.	ⲅ̅.	ϣⲟⲙⲛ̄ⲧ	ϣⲟⲙⲧⲉ	ϣⲟⲙⲧ	ϣⲟⲙϥ̀.
4.	ⲇ̅.	ⲫⲧⲟⲟⲩ	ⲫⲧⲟⲉ, ⲫⲧⲟ	ⲫⲧⲱⲟⲩ	ⲫⲧⲟⲉ.
5.	ⲉ̅.	ϯⲟⲩ	ϯⲉ	ϯⲟⲩ	ϯⲉ, ϯ.
6.	ⲋ̅.	ⲥⲟⲟⲩ	ⲥⲟⲉ, ⲥⲟ	ⲥⲟⲟⲩ	ⲥⲟ.
7.	ⲍ̅.	ⲥⲁϣϥ, ⲥⲉϣϥ (ⲥⲁϣⲥϥ)	ⲥⲁϣϥⲉ	ϣⲁϣϥ	ϣⲁϣϥⲓ.
8.	ⲏ̅.	ϣⲙⲟⲩⲛ	ϣⲙⲟⲩⲛⲉ	ϣⲙⲛⲛ	ϣⲙⲛⲛⲓ.
9.	ⲑ̅.	ⲯⲓⲧ, ⲡⲥⲓⲧ	ⲯⲓⲧⲉ	ⲯⲓⲧ	ⲯⲓϯ.
10.	ⲓ̅.	ⲙⲛⲧ	ⲙⲛⲧⲉ	ⲙⲉⲧ	ⲙⲛϯ.
20.	ⲕ̅.	ⲭⲟⲩⲱⲧ	ⲭⲟⲩⲱⲧⲉ	ⲭⲱⲧ	ⲭⲟⲩⲱϯ.
30.	ⲗ̅.	ⲙⲁⲁⲃ, ⲙⲁⲃ	ⲙⲁⲁⲃⲉ	ⲙⲁⲛ	—
40.	ⲙ̅.	ⲣⲙⲉ, ⲣⲙⲛ		ⲣⲙⲉ	
50.	ⲛ̅.	ⲧⲁⲓⲟⲩ		ⲧⲁⲓⲟⲩ	
60.	ⲝ̅.	ⲥⲉ		ⲥⲉ	
70.	ⲟ̅.	ⲩϧⲉ, ⲩϥⲉ		ⲩϧⲉ	
80.	ⲡ̅.	ⲣⲙⲉⲛⲉ		ϩⲁⲙⲛⲉ.	

	Thebaice.	*Memphitice.*
90. ϥ.	ⲡⲉⲥⲧⲁⲓⲟⲩ	ⲡⲓⲥⲧⲁⲩ, ⲡⲓⲥⲧⲉⲟⲩⲓ.
100. ⲣ.	ϣⲉ	ϣⲉ.
200. ⲥ.	ϣⲏⲧ	ⲥⲛⲁⲩⲛϣⲉ, ⲥⲛⲁⲩϣⲉ.
1000. ⳋ.	ϣⲟ	ϣⲟ (ϣⲁ).
2000. ⳌⲂ.	ⲥⲛⲁⲩⲛϣⲟ	ϣⲟ ⲥⲛⲁⲩ.
10,000. ⳌⲒ.	ⲧϧⲁ	ⲑϧⲁ.

Reliqui numeri ex illis modo propositis componuntur, ex. gr. ⲙⲉⲧ-ⲟⲩⲁⲓ *undecim*, ⲙⲉⲧ-ϯⲟⲩ *quindecim*, ϯⲟⲩ ⲛ̀ ϣⲉ *quingenti* etc. At plerumque in manuscriptis Copticis imprimis in versionibus librorum sacrorum non nomina numerorum scripta leguntur, sed pro his singulae litterae, quibus singulorum numerorum pretium adtribuitur, lineola critica signatae poni solebant. Ita leguntur haec exempla: ⲏⲧⲥ ⲡⲟⲩⲉ-ⲉⲟⲟⲩ ⲣⲕ̄ ⲏⲣⲟⲙⲡⲓ (*erunt*) *dies eorum centum viginti anni* Gen. 5, 3; ⲡ̄ ⲙⲙⲁⲣⲓ *quinquaginta cubiti* 6, 15; ⲁϥⲥⲓ ⲙ̀ⲡⲓ ⲍ̄ ⲛ̀ⲧⲱⲕ *sumpsit septem panes* Matth. 15, 36; ⲇ̄ ⲛ̀ⲛⲟ ⲛ̀ⲣⲱⲙⲓ *quatuor millia hominum* Matth. 15, 38.

§. 21.

Numeri ordinales et alii.

1. *Primus* exprimitur vocibus diversis, quae sunt:

ϯ-ⲁⲫⲉ comm., proprie *principium*.

M. ⲣⲟⲩⲓⲧ fem. ⲣⲟⲩⲓϯ.

T. et M. ϣⲟⲣⲡ, ϣⲱⲣⲡ, ϣⲟⲣⲡⲉ fem. ϣⲟⲣⲡⲉ, ϣⲟⲣⲡⲓ.

B. ϣⲱⲣⲉⲡ, ϣⲱⲗⲉⲡ, ϣⲁⲣⲉⲡ fem. ϣⲟⲣⲡⲓ, ϣⲁⲣⲡⲓ.

2. Reliqui numeri *ordinales* compositi sunt ex cardinalibus et syllaba praefixa M. ⲙⲁⲣ T. et B. ⲙⲉⲣ, hieroglyphica MII hoc modo:

Thebaice.		*Memphitice.*	
masc.	*fem.*	*masc.*	*fem.*
ⲙⲉⲣⲥⲛⲁⲩ	ⲙⲉⲣⲥⲛ̄ⲧⲉ	ⲙⲁⲣⲥⲛⲁⲩ	ⲙⲁⲣⲥⲛⲟⲩϯ *secundus*.
ⲙⲉⲣϯⲟⲩ	ⲙⲉⲣϯⲉ	ⲙⲁⲣϯⲟⲩ	ⲙⲁⲣϯⲉ *quintus*.
ⲙⲉⲣⲙⲏⲧ	ⲙⲉⲣⲙⲏⲧⲉ	ⲙⲁⲣⲙⲉⲧ	ⲙⲁⲣⲙⲏϯ *decimus*.

Exempla: Apocal. 4, 7: ⲟⲩⲟⲉ ⲡⲓϫⲱⲟⲛ ⲛ̀ⲣⲟⲩⲓⲧ ⲉϥⲟⲛⲓ ⲛ̀ⲟⲩⲙⲟⲩⲓ̀ ⲟⲩⲟⲉ ⲡⲓϫⲱⲟⲛ ⲙⲙⲁⲣⲃ̄ ..... ⲟⲩⲟⲉ ⲡⲓϫⲱⲟⲛ ⲙⲙⲁⲣⲣ̄ etc. *καὶ τὸ ζῶον τὸ πρῶτον ὅμοιον λέοντι, καὶ τὸ δεύτερον ζῶον ..... καὶ τὸ τρίτον ζῶον* etc.

Inscriptionis Rosettanae lin. XIV: MeII I, MeII II, MeII III *primi, secundi et tertii ordinis*.

3. Numeri *distributivi* formantur duplicatis cardinalibus ex. gr ⲕⲁⲧⲁ ⲣ̅ⲣ̅ ⲛⲉⲙ ⲕⲁⲧⲁ ⲙ̅ⲙ̅ *ἀνὰ ἑκατὸν καὶ ἀνὰ πεντήκοντα* Marc. 6, 40. Numeralibus tandem multiplicativis inservit vox Coptica ⲥⲟⲛ *vices* cf. ⲡⲉϫⲁϥ ⲛⲁϥ ⲛ̀ⲁⲥⲉ ⲓ̅ⲏ̅ⲥ̅ ϫⲉ ϥϫⲓⲙⲓⲙⲟⲥ ⲙⲁⲕ ϫⲉ ⲍ̅ ⲛ̀ⲥⲟⲛ ⲁⲛ ⲁⲗⲗⲁ ⲍ̅ ⲏ̅ ⲟ̅ ⲛ̀ⲥⲟⲛ, *λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Οὐ λέγω σοι, ἕως ἑπτάκις, ἀλλ' ἕως ἑβδομηκοντάκις ἑπτά* Matth. 18, 22 et Inscr. Ros. VII: ⲉⲘ ⲤⲟⲢ Ho R III, *vicibus diurnis tribus* i. e. *τρὶς τῆς ἡμέρας*. Neque minus numeri fracti formantur praemissa voce ⲣⲉ (hieroglyphice Re) cum articulo ϕⲣⲉ *pars* ex. gr. ϕⲣⲉ ⲧ̅ *tertia pars, τὸ τρίτον* Apoc. 8, 7; 11, 13; ⲉϫⲉⲡ ⲡⲓⲣⲏ ⲇ̅ *super partem quartam, ἐπὶ τὸ τέταρτον* Apoc. 6, 8; hieroglyphice Re I, Re II, Re III etc. in ulnis sacris antiquissimis ad singulas earum partes distinguendas.

Caput IV.

De pronomine.

§. 22.

De pronominibus personalibus.

Pronomina *personalia separata* linguae Copticae comparata cum illis dialecti sacrae hieroglyphis expressis sunt haec:

	Theb.	*Memph*	*Basm.*	*Hierogl.*	
		Singul.			
1. c.	ⲁⲛⲟ / ⲁⲛⲕ / ⲁⲛⲟⲕ	ⲁ̀ⲛⲟⲕ	ⲁⲛⲁⲕ	NK / ANK	*ego.*
2. m.	ⲛ̀ⲧⲕ̅ / ⲛ̀ⲧⲟⲕ	ⲛ̀ϩⲟⲟⲕ	ⲛ̀ⲧⲁⲕ	NTK	*tu.*
2. f.	ⲛ̀ⲧⲟ	ⲛ̀ϩⲟ	ⲛ̀ⲧⲁ	NTO	*tu.*
3. m.	ⲛ̀ⲧⲟϥ	ⲛ̀ϩⲟϥ	ⲛ̀ⲧⲟϥ	U (הוּא)	*ille.*
3. f.	ⲛ̀ⲧⲟⲥ	ⲛ̀ϩⲟⲟⲥ	ⲛ̀ⲧⲁⲥ		*illa.*
		Plural.			
1. c.	ⲁⲛⲟⲛ / ⲁⲛⲛ̀	ⲁ̀ⲛⲟⲛ	ⲁⲛⲁⲛ	NN	*nos.*
2. c.	ⲛ̀ⲧⲱⲧⲛ̀	ⲛ̀ϩⲱⲧⲉⲛ	ⲛ̀ⲧⲁⲧⲛ̀	TN / NTOTN	*vos.*
3. c.	ⲛ̀ⲧⲟⲟϥ	ⲛ̀ϩⲱⲟϥ	ⲛ̀ⲧⲁϥ	SN / NTSN	*illi.*

§. 23.

De pronominibus suffixis.

1. Pronomina *personalia*, quae nomini et verbo vel praefiguntur vel suffiguntur, in universum sunt haec:

	Praefixa.	*Suffixa.*
	Singul.	
1. c.	ⲁ	ⲓ, ⲧ.
2. m.	ⲕ	ⲕ.
- f.	ⲟⲩ, ⲉ	ⲉ, ⲓ.
3. m.	ⲫ	ⲫ.
- f.	ⲥ	ⲥ.
	Plural.	
1. c.	ⲛ̀, ⲉⲛ	ⲛ.
2. c.	ⲧⲛ̀, ⲧⲉⲛ	ⲧⲉⲛ.
3. c.	ⲉⲩ, ⲟⲩ	ⲟⲩ.

2. Pronomina *praefixa* nominibus atque verbis anteponuntur, et si nomen articulo est definitum, cum hoc coalescunt ex. gr. ⲛⲉϥⲣⲁⲛ *nomen ejus;* ⲛⲉⲕⲛⲟⲃⲓ *peccata tua* etc. De praefixis verbi, quibus personae agentes significantur, conferas §. 28; ⲉϥⲙⲉ *amat*, ⲉⲛⲙⲉ *amamus.*

3. *Suffixa* nomini et verbo adjunguntur, nominis possessorem, verbi objectum exprimentia; cujus generis multa sunt exempla: ⲡⲙⲓ *τὸ στόμα μου* Ps. 48, 4; ⲡⲓⲛⲛⲉⲩⲙⲁ ⲓ̀ⲧⲉ ⲡⲙⲓϥ *τὸ πνεῦμα τοῦ στόματος αὐτοῦ* Ps. 32, 6; ⲁ̀ⲛⲉⲧⲉⲛⲥⲟⲓ *οὐκ ἐποτίσατέ με* Matth. 25, 42; ⲁⲓⲧⲥⲁϧⲟⲧⲛ̀ *ἔδειξα ὑμῖν* Joh. 10, 32.

4. In lingua sacra pronomina semper suffiguntur his formis:

Singul.	*Plural.*
1. c. I	N.
2. m. K - f. T	c. TeN.
3. m. F, U - f. S	c. SeN.

Exempla: ToUT-SeN *honores eorum* J. Ros. VI; HOT-F *superficies ejus* J. Ros. X; TaMio-F *collocare eum* J. Ros. XIV; E-I *ego sum* Hymnol. I; TI-TeN (ϩⲛⲟⲩ) *dans vobis* ibid. etc.

§. 24.

Pronominum formae compositae.

Casus obliqui pronominum personalium formantur ex praepositionibus, quibus pronomina suffixa supra §. 23 proposita adjiciuntur his modis:

1. *Genitivo* exprimendo inservit praepositio notissima ⲛⲧⲉ, quae ita cum suffixis coalescit:

	Thebaice.	*Memphitice.*
1. Sing.	ⲛⲧⲁⲓ	ⲛⲧⲙⲓ *mei.*
2. — m.	ⲛⲧⲁⲕ	ⲛⲧⲁⲕ *tui.*
- — f.	ⲛⲧⲉ	ⲛⲧⲉ —
3. — m.	ⲛⲧⲁϥ	ⲛⲧⲁϥ *ejus.*
- — f.	ⲛⲧⲁⲥ	ⲛⲧⲁⲥ —
1. Plur.	ⲛⲧⲁⲛ, ⲛⲧⲛ̄	ⲛⲧⲁⲛ *nostrum.*
2. —	ⲛⲧⲉⲧⲛ̄, ⲛⲧⲉ ⲧⲏⲩⲧⲛ̄	ⲛⲧⲱⲧⲛ̄, ⲛⲑⲱⲧⲉⲛ, ⲛⲧⲉ ⲟⲛⲓⲟⲩ *vestrum.*
3. —,	ⲛⲧⲁⲩ	ⲛⲧⲱⲟⲩ *eorum.*

2. *Dativus* formatur praepositione ⲛⲁ *versus, ad:*

Theb. ⲛⲁⲓ	*Memph.* ⲛⲏⲓ *mihi.*
ⲛⲁⲕ	ⲛⲁⲕ *tibi.*
ⲛⲉ	ⲛⲉ *tibi* fem.
ⲛⲁϥ	ⲛⲏϥ *ei.*
ⲛⲁⲥ	ⲛⲏⲥ *ei* fem. etc.

vel praepositione T. et M. ⲉⲣⲟ B. ⲉⲗⲁ, composita ex ⲉ et ⲣⲟ *os* (ⲉ ⲣⲟⲓ *ad os meum*):

T. et *M.* ⲉⲣⲟⲓ *B.* ⲉⲗⲁⲓ *mihi* etc.

vel forma ⲉⲧⲟⲧ (ⲧⲟⲧ *manus*):

ⲉⲧⲟⲧⲧ, ⲉⲧⲟⲧ *mihi.*
ⲉⲧⲟⲧⲕ *tibi*
ⲉⲧⲟⲧⲉ *tibi* f.
ⲉⲧⲟⲧϥ *ei*
ⲉⲧⲟⲧⲥ *ei* f. etc.

3. *Accusativo* inserviunt praepositiones ⲉⲣⲟ, ⲙⲙⲟ et ⲙⲙⲁⲟ (ⲙⲁⲟ fortasse = אַמָּה *brachium*) ex. gr.:

T. et *M.* ⲙⲙⲟⲓ *B.* ⲙⲙⲁⲓ *me*
ⲙⲙⲟⲕ ⲙⲙⲁⲕ *te* etc.

4. Casus *ablativus* pronominum formatur compositis suffixis cum his praepositionibus, quae tum formam constructam accipiunt adscriptam:

ⲏⲧⲉ	constr.	T. ⲛ̄ⲧⲟⲟⲧ M. ⲏⲧⲟⲧ B. ⲏⲧⲁⲁⲧ.
ⲉⲃⲟⲗ	-	T. M. ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟ B. ⲉⲃⲁⲗ ⲙ̀ⲙⲁ.
—	-	T. ⲉⲃⲟⲗⲏⲣⲏⲧ M. ⲉⲃⲟⲗⲏⲥⲏⲧ B. ⲉⲃⲁⲗⲏⲣⲏⲧ.
ⲉⲃⲟⲗⲣⲁ	-	ⲉⲃⲟⲗⲣⲁⲣⲟ.
ⲉⲃⲟⲗⲣⲓ	-	ⲉⲃⲟⲗⲣⲓⲱⲧ.
ⲣⲓⲧⲛ̀	-	T. ⲣⲓⲧⲟⲟⲧ M. ⲣⲓⲧⲟⲧ B. ⲣⲓⲧⲁⲁⲧ.
ⲉⲃⲟⲗⲣⲓⲧⲛ̀	-	T. ⲉⲃⲟⲗⲣⲓⲧⲟⲟⲧ M. ⲉⲃⲟⲗⲣⲓⲧⲟⲧ B. ⲉⲃⲁⲗⲣⲓⲧⲁⲁⲧ.
ⲉⲃⲟⲗⲣⲓⲭⲉⲛ	-	ⲉⲃⲟⲗⲣⲓⲭⲱ.

Exempla: ⲏⲧⲟⲟⲧⲕ *a te*, ⲉⲃⲟⲗ ⲙ̀ⲙⲟⲓ *a me*, ⲉⲃⲟⲗⲣⲁⲣⲟⲩ *ab eo*, ⲉⲃⲟⲗⲣⲓⲧⲟⲧⲥ *ab ea*, ⲉⲃⲟⲗⲣⲓⲭⲱⲧⲉⲛ *a vobis* etc.

§. 25.

De pronominibus possessivis.

1. Pronominis *possessivi* vice fungitur articulus possessivus ita dictus, ubi articulus simplex cum pronominibus praefixis coalescit in ⲡⲁ, ⲡⲉⲕ, ⲡⲟⲩ etc. Ex. gr. ⲡⲉϥϣⲏⲣⲓ *filius ejus* Gen. 25, 9; ⲡⲉⲥϣⲏⲣⲓ *filius ejus (feminae)* Gen. 25, 25; ⲧⲁϩⲱⲓ *soror mea* Gen. 30. 8. Vid. §. 14, 2.

2. Componitur porro aliud pronomen possessivum quasi demonstrativum ex suffixis, articulo ⲡ et radice ⲱ *esse* in ⲡⲱⲓ *qui est mihi*, quod formatur hoc modo:

Masc. Sing.				*Fem. Sing.*	
T.	M.			T.	M.
ⲡⲱⲓ	ϥⲱⲓ	*hic*	*meus.*	ⲧⲱⲓ	ϩⲱⲓ *haec mea.*
ⲡⲱⲕ	ϥⲱⲕ	-	*tuus.*	ⲧⲱⲕ	ϩⲱⲕ - *tua.*
ⲡⲱ	ϥⲱ	-	*tuus* f.	ⲧⲱ	ϩⲱ etc.
ⲡⲱϥ	ϥⲱϥ	-	*suus.*	ⲧⲱϥ	ϩⲱϥ
ⲡⲱⲥ	ϥⲱⲥ	-	*suus* f.	ⲧⲱⲥ	ϩⲱⲥ
ⲡⲱⲛ	ϥⲱⲛ	-	*noster.*	ⲧⲱⲛ	ϩⲱⲛ
ⲡⲱⲧⲛ̀	ϥⲱⲧⲉⲛ	-	*vester.*	ⲧⲱⲧⲛ̀	ϩⲱⲧⲉⲛ
ⲡⲱⲟⲩ	ϥⲱⲟⲩ	-	*suus* (ὁ αὐτῶν)	ⲧⲱⲟⲩ	ϩⲱⲟⲩ.

Plural. comm.

ⲛⲟⲩⲓ	*hi mei,*	*hae meae*	
ⲛⲟⲩⲕ	- *tui,*	- *tuae*	
ⲛⲟⲩ	- *tui,*	- *tuae* fem.	etc.

§. 26.

De pronomine demonstrativo.

1. De articulo *demonstrativo* nomini praefixo jam supra §. 13, 3 memoratu dignissima attuli; at formae ejus T. ⲡⲁⲓ, ⲧⲁⲓ, ⲛⲁⲓ, M. ⲫⲁⲓ, ⲑⲁⲓ, ⲛⲁⲓ et B. ⲡⲉⲓ, ⲧⲉⲓ, ⲛⲉⲓ etiam a nomine separatae leguntur multis locis, cf. ⲛⲁⲓ ⲁⲉ ⲛⲉⲙⲡⲁⲛ *τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα* Matth. 10, 2; ⲙⲙⲏ ⲡⲉⲓ ⲡⲉ ⲡⲉⲭⲣⲓⲥⲧⲟⲥ *μήτι οὗτός ἐστιν ὁ Χριστός* Joh. 4, 29.

2. Alia *demonstrativi* forma gravior vocalem producit ita:

T. B. ⲡⲏ *ille*, ⲧⲏ *illa*, ⲛⲏ *illi*, *illae*.
M. ⲫⲏ *ille*, ⲑⲏ *illa*, ⲛⲏ *illi*, *illae*.

Idem articulus demonstrativus saepius cum pronomine relativo ⲉⲧ in has formas abit, quae interdum quoque separatim scribuntur:

T. ⲡⲏ ⲉⲧ M. ⲫⲏ ⲉⲧ *ille, qui*.
- ⲧⲏ ⲉⲧ - ⲑⲏ ⲉⲧ *illa, quae*.
T. M. B. ⲛⲏ ⲉⲧ *illi, qui; illae, quae*.

Cf. ⲇⲁⲩⲓⲇ ⲛⲉⲙ ⲛⲓⲉⲟ ⲛⲉⲙⲁⲩ *Δαβὶδ καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ ὄντες* Luc. 6, 3; ⲡⲉⲥⲓⲙⲱⲛ ⲫⲛⲉⲧⲟⲩⲙⲟⲩⲧ̀ ⲉⲣⲟⲩ ⲁⲉ ⲡⲉⲧⲣⲟⲥ *Simon, quem vocant Petrum, Σίμων ὁ λεγόμενος Πέτρος* Matth. 10, 2 etc.

3. Tertium, quod saepius legitur, pronomen *demonstrativum* nomini postpositum est ⲉⲧⲙⲁⲩ, M. ⲉⲧⲙⲁⲩ, B. ⲉⲧⲙⲉⲩ (ⲉⲧⲉ *qui est* ⲙⲙⲁⲩ *ibi* i. e. *ille*) pro quoque genere atque numero positum cf. Matth. 9, 26: ⲟⲩⲟⲣ ⲁⲧⲉⲥⲥⲙⲏ ⲯⲉⲛⲁⲥ ⲉⲃⲟⲗ ⲣⲓⲭⲉⲛ ⲡⲓⲕⲁⲣⲓ ⲧⲏⲣϥ ⲉⲧⲙⲁⲩ *καὶ ἐξῆλθεν ἡ φήμη αὕτη εἰς ὅλην τὴν γῆν ἐκείνην*.

§. 27.

De pronomine relativo et interrogativo.

1. Pronominis *relativi* Coptici, quod genere et numero caret, formae sequenti verbo praefixae sunt ⲉ, ⲉⲧ *) (ante litteras ⲙ, ⲛ, ⲟ = ⲉⲟ), ⲉⲧⲉ et ⲉⲛⲧ *qui, quae, quod*. Singuli ejus casus ut in lingua Ebraica (cf. אֲשֶׁר) distinguuntur adjectis praepositionibus cum pronomine personali suffixo, ex. gr. ⲡⲉⲥⲓⲙⲱⲛ ⲫⲛ - ⲉⲧ ⲟⲩⲙⲟⲩⲧ̀ ⲉⲣⲟⲩ *quem vocant* Matth. 10, 2; at saepius quoque omnis casuum distinctio omittitur cf. ⲛⲉⲧⲉⲛⲥⲟⲛ ⲫⲛⲉⲧ ⲁⲣⲉⲧⲉⲛ ⲧⲛⲓϥ ⲉⲃⲣⲏⲓ ⲉⲭⲛⲁⲓ *frater vester, quem vendidistis in Aegyptum*. Gen. 45, 4.

*) ⲉⲧ fortasse est participium verbi ⲉ̀ *esse*, inde = ὤν, οὖσα, ὄν.

2. Pronomina tandem *interrogativa*, quae hic atque illic occurrunt, sunt haec:

ⲡⲓⲙ *quis.*
ⲁϣ, ⲉϣ *quis, qualis.*
ⲛ̄ⲧ *quis.*
ⲟⲩⲏⲣ *quantus, quot.*
ⲟⲩ neutr. *quid.*

Gen. III, 11: ⲡⲓⲙ ⲡⲉ ⲉⲧ ⲁϥⲧⲁⲙⲟⲕ *quis est, qui nuntiavit tibi?* Matth. 12, 48: ⲡⲓⲙ ⲧⲉ ⲧⲁⲙⲁⲩ *quae est mater mea?* I Corinth. 15, 35: ϩⲉⲛ ⲁϣ ⲛ̀ⲥⲱⲙⲁ *in quali corpore? ποίῳ σώματι;* II Petr. 3, 11: ⲛ̀ⲁϣ ⲛ̀ⲣⲛ̀ϯ *quali modo? ποταπούς;* Matth. 15, 34: ⲟⲩⲏⲣ ⲛ̀ⲥⲓⲕ *πόσους ἄρτους (ἔχετε);* Joh. 18, 30: ⲟⲩ ⲡⲛ ϯⲗⲉⲑⲓⲁ *τί ἐστιν ἀλήθεια;*

Caput V.

De verbo.

§. 28.

De personarum distinctione.

Personae verbi distinguuntur affixis pronominalibus (§. 23), quae in universum sunt haec:

	Sing.	*Plur.*
1. Pers.	ⳓ	1. Pers. ⲛ
2. —	m. ⲕ	2. — ⲧⲉⲛ
- —	f. ⲉ	
3. —	m. ⲫ	3. — ⲩ
- —	f. ⲥ	

vel praefixis personarum, quae sunt:

	Theb.	*Memph.*
Sing. 1. P.	ϯ (*sum*)	ϯ
2. -	m. ⲕ	ⲕ, ϫ
—	f. ⲧⲉ	ⲧⲉ
3. -	m. ⲫ	ⲫ
—	f. ⲥ	ⲥ

	Theb.	*Memph.*
Plur. 1. P.	ⲧⲛ̀, ⲧⲉⲛ	ⲧⲉⲛ
2. -	ⲧⲉⲧⲛ̀, ⲧⲉⲧⲉⲛ	ⲧⲉⲧⲉⲛ
3. -	ⲥⲉ	ⲥⲉ.

Exempli gratia: ⲛⲉⲭⲁ *dicere*:

Theb.	*Basm.*
ⲛⲉⲭⲁⲓ *dico*	ⲛⲉⲭⲉⲓ
ⲛⲉⲭⲁⲕ *dicis*	ⲛⲉⲭⲉⲕ
ⲛⲉⲭⲉ — fem.	ⲛⲉⲭⲉ
ⲛⲉⲭⲁϥ *dicit*	ⲛⲉⲭⲉϥ
ⲛⲉⲭⲁⲥ — fem.	ⲛⲉⲭⲉⲥ
ⲛⲉⲭⲁⲛ *dicimus*	ⲛⲉⲭⲉⲛ
ⲛⲉⲭⲱⲧⲉⲛ *dicitis*	ⲛⲉⲭⲱⲧⲉⲛ
ⲛⲉⲭⲁⲩ *dicunt*	ⲛⲉⲭⲉⲩ.

et ⲧⲱⲙ *claudere*:

ϯⲧⲱⲙ *claudo* (*sum claudens*)	ⲧⲉⲛⲧⲱⲙ *claudimus*.
ⲕⲧⲱⲙ, ϫⲧⲱⲙ *claudis*	ⲧⲉⲧⲛ̀ⲧⲱⲙ *clauditis*.
ⲧⲉⲧⲱⲙ *claudis* fem.	
ϥⲧⲱⲙ *claudit*	ⲥⲉⲧⲱⲙ *claudunt*.
ⲥⲧⲱⲙ *claudit* fem.	

Adnotatio. Aliorum sententia praefixa verborum ⲕ, ϥ, ⲥ etc. supra memorata formae sunt decurtatae pro formis ⲉⲕ, ⲉϥ, ⲉⲥ verbi auxiliaris ⲉ *esse*. Cf. §. 29.

§. 29.

De tempore praesente.

Tempora distinguuntur verbis auxiliaribus, radici verbi praepositis. Ita *Praesenti* inservit ⲉⲓ *sum*:

ⲉⲓ *sum*	ⲉⲓⲥⲁϫⲉ *dico*
ⲉⲕ *es*	ⲉⲕⲥⲁϫⲉ *dicis*
ⲉⲣⲉ, ⲉⲗⲉ *es* f.	ⲉⲣⲉⲥⲁϫⲉ *dicis* f.
ⲉϥ *est* } c. ⲉⲣⲉ *est*	ⲉϥⲥⲁϫⲉ *dicit*
ⲉⲥ *est* f. }	ⲉⲥⲥⲁϫⲉ *dicit*
ⲛ̀, ⲉⲛ *sumus*	ⲛ̀ⲥⲁϫⲉ *dicimus*
ⲉⲣⲉⲧⲉⲛ *estis*	ⲉⲣⲉⲧⲉⲛⲥⲁϫⲉ *dicitis*
ⲉⲩ, ⲟⲩ, ⲉⲣⲉ *sunt*.	ⲉⲩⲥⲁϫⲉ *dicunt*.

Adnotatio. Dialectus Thebaïca ⲛ̀ⲛ et ⲉⲛⲛ pro ⲛ̀ et ⲉⲛ adhibet ante verba, quae littera ⲛ incipiunt, ita ⲉⲛⲛⲉ *amamus*.

§. 30.

De perfecto indefinito.

Tempus *perfectum indefinitum* formatur verbo auxiliari ⲁⲓ *fui* (ⲁ, inf. ⲁⲣⲉ *habere, esse*) ita:

ⲁⲓ *fui*		ⲁⲓⲙⲉ *amavi*
ⲁⲕ *fuisti*		ⲁⲕⲙⲉ *amavisti*
ⲁⲣⲉ, ⲁⲗⲉ *fuisti* f.		ⲁⲣⲉⲙⲉ *amavisti* f.
ⲁⲩ *fuit*	c. ⲁ *fuit*	ⲁⲩⲙⲉ *amavit*
ⲁⲥ *fuit* f.		ⲁⲥⲙⲉ *amavit* f.
ⲁⲙ *fuimus*		ⲁⲙⲙⲉ *amavimus*
